13.26.B.16

CLARISSIMI

HV. CINI CAMPANI

Equitis pij, Dolanæ Academiæ Regij primi profeſſoris, Commentaria.

Ad celeberrimam l. Eius ff. de Rebus creditis.

Conſultatio habita per eundem pro defenſione filiæ Senatoris nuptæ doctori, proindéque ad honorem Iuriſc.

Eiuſdem ad vtiliſſimam. l. Contractus. ff. de Regulis Iuris.

LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud Michaëlem Sonnium, ſub ſcuto Baſilienſi, via Iacobæa.

ex legato M.D.LXXIIII. Hu. Cini

Cum priuilegio Regis.

ILLVSTRISS. ANTONIO PERENOTO Grandiuellano Cardinali ampliſſ. ac Proregi Neapolis Meritiſſ. Hu. Cinus Campanus.

S. P. D.

COGITANTI mihi poſt diutinam peregrinationem de Principe vrbium Roma feliciſſima reuiſenda, rémque vna cum amicis, vt par eſt, communicanti vſu venit Prorex Ampliſſimè, vt illarum querimoniarum occaſione argumentum huiuſcæ epiſtolæ nactus leuidenſe hoc munuſculum tibi Heroi præſtantiſſimo actutum offerre ſim auſus. Dolebant enim præter meam hanc ambitionē nullum memoriæ noſtræ veſtigium penes eos remanere, nullum poſteritati monumentum, quo perpetua quadam, ac iucunda recordatione proſequēdo fruerētur: & eò magis quòd excellens Bellonus eodem olim quo ego munere fungens vigiliis ſuis eminentiſsimi ex raro hominū genere Nicolai Grandiuellani propugnatoris virtutis acerrimi patrocinio cōmendatis Burgundos donarit: Suas itidē magno iudicio & eloquentia Olcignanus tuo inclito nomini offerre deliberaſſet, niſi Collaterale Cōcilium apud Belgas, quòd in eo ordine cooptatus eſſet eum ab inſtituto deturbaſſet. Me verò ſolum hinc ſponte recedentem excuſari iuſtè non poſſe ſi tacitus inſalutato (vt aiunt) hoſpite receſsiſſem: & eò minus quòd præclara Dolæ Ciuitas Athenas illas inſignes imitata ideò excellentes neutiquam impenſarum magnitudini parens vndequaque Artifices aduocat, quo admirandum aliquod ſignum dolent, ac publico ſplendori propalam ponant. Addebant præterea me multis eidem beneficiis autoratum diſcedere ab officio præter nefas non poſſe, præſertim cum iampridem ſpectabiles illius Scabini diſtributoribus grauiſsimis illuſtri Iacobo à ſancto Mauritio Priore Bellaſontanæ conſobrino tuo Se-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

natore omnium virtutum genere ornatiſſimo: Petro Floſſardo viro integerrimo magna nuper cum omnium lætitia Præſide renunciato: Reuerendo Ludouico Tartaro eorundem collega optimo aſſenſum non denegantibus, iterum prouinciæ noſtræ ad alios annos prorogationem obtulerint, necnon tuam opem auxiliúmque implorãtes quò mihi prolixius eſſet honorarium Regi Catholico Munificentiſſimo ſupplicarint. Hiſce itaq; & cõpluribus aliis id generis rationibus conuictus, amicis id exigentibus permiſi, vt ex ingenti ſcriptorũ noſtrorum aceruo quę vellẽt, dum tamen pauca, nam quò pauciora eò gratiora, eligerent. Difficilium itaque Africani & Celſi capitum in Pandectis de reb. Cred. poſtremorum interpretamenta, rati & placitura, & vtilia futura, & quæ ſupremam aliam deſiderare manum nõ viderentur: Ex reſponſorũ verò cumulo vnum duntaxat, quod edicti Regii occaſione veſtimentorum luxum reprimentis cõſultus reddidi acceperunt. Extorſerunt præterea (quod ſanè noluiſſem) tres has Omilias de Monte virtutis, quarum primam tametſi ad euitandum ſolutæ orationis ſæpius inculcatæ faſtidium in anniuerſariæ lectionis exordio publicè habuiſſem, Homerica illa ſententia perſuaſus,

Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι,
Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται.

Reliquas duas ad animi noſtri oblectationem agmentaſſem, & verè vates fuiſſem, quando ea quæ de nauali victoria feliciter ſunt poſtea conſecuta multo antea prænunciaſſem, nunquam prælo fore committẽdas cogitarã, non quòd ludere verſu erubeſcerem, nam & Seru. Sulpitiũ, & Herenn. Modeſtinũ Iurec. grauiſſimos eo fuiſſe genere delectatos, & Iul. Cæſar. dictatorẽ in collegium poëtarũ adſciri, & in illo ordine infrà multos ſedere legimus non recuſaſſe. Verum quod ſummorum virorum ſplendori, tuæq; cum primis illuſtris animi celſitudini non reſponderent: Sed & hoc ipſum vrgenti hac ratione euicerunt, nẽpe futurum vt ſi carmen in quo tot Cardinalium ampliſſimorum & ſanctorum Regum, ac Heroum nomina continerentur flammis dederem. Maieſtatis reus poſſem inſimulari. Cum itaque perinde ac in Olympiam Tabulas has volẽs nolénſue coactus attulerim, nec tales ſint, quales Pictoris inſignis Ætionis non facilè Proxenides ſim inuenturus approbatores æquos, &

iudices. Idcircò has ſicut reliqua mea omnia tutelari tuo numini commendare, in mentem venit, vel ſi aliqualem laudationem fortè promereantur multę conſenſerunt conſpirarúntque cauſæ perquam iuſtæ, quare ſub nominis tui auſpicio in publicũ prodirent. Quem vnum in eo quidem deſcribo monte virtutis cernere licet maximè conſpicuum res maximas animo voluentem, explicas enim religiones, dominaris in Curia, in Principum conſiliis, & infinita negociorum varietate es primus, & vno verbo dicam vniuerſam togatam adminiſtrationem conſilio & ſapientia tua ſingulari regis, ſæpè etiam bellicos tumultus ſedas, & ſtãtes in procinctu acies dirimis, vt præclaro illo Mercurii eulogio dignus eſſe videaris. Pacis, & Armorum Deus arbiter. Quarum rerum teſtimonia ſi requirantur, Teſtes ſunt locupletiſsimi Principes Auſtriaci Carolus Pater Philippus filius, qui in maxima rerũ omniũ procella, & veluti tẽpeſtate ſuo illo vel Neſtore, vel Palinuro Nicolao Perenoto Grandiuellano patre tuo ſapiẽtiſsimo viro orbati. Te vnũ digniſsimum exiſtimarunt, quem ſempiternæ ſuæ gloriæ curſui præponerent. Teſtes ſunt iampridem Marathones, Salamines plateæ Thermopilæ leuctræ. Teſtis eſt Neapolis, quam tu Proregis munere fungens vt olim irrumpente in Italiam Barchino hoſte crudeliſsimo, ſic nuper irruente toto Tyrrheno in Chriſtianum orbem immaniſsima Turcarum claſſe non tranquillè modo rexiſti, ſed etiã magno animo, & elato prudenter celeritérque & affluenter omnia Catholicæ claſsi ſuppeditãdo ab omni hoſtili impetu ſeruaſti tantũ, nec ſeruaſti ſed ſub auſpiciis, generoſiſsimi illius Ioãnis Auſtriaci noſtri noui vel Alcibiadis, vel Auguſti naualis prælii victoriã quoq; exercitui Chriſtiano peperiſti: Qua quidem victoria tota Europa ita vehemẽter recreari viſa eſt, & ex diuturna perturbatione totius valetudinis tanquam ad aſpiciendum lucem reuocata. Hinc ex marmore & ebore ſigna, hinc ex auro ſtatuę, hinc triumphalia, Areę, fana, templa cæteraque id generis inſignia monumenta tibi Diis hominibúsque plaudentibus æterna cum laude conſtituentur. Taceo omnium P.C. Iampridem vno ore teſtata, conſignatáq; vota, quæ Pii Quarti Pont. Max. de te quod olim Tyberius Imperator de Galba, vt aliquando Pontificatum meritò obtineres pręſagientis augurium, Deo dante, confirmabunt.

Inter res autem præſtātiſsimas,& propemodum diuinas, quas fortiter, excellentérque geris, illa præpotens & glorioſiſsima præ cæteris mihi viſa eſt, per quam ſingulari voluntate tua ſemper effeciſti vt literati homines præſidia periculis, & adiumenta honoribus in amplitudine tua inuenirent.

Qua via nulla alia inueniri poteſt ad veram gloriam & ad nominis immortalitatem expeditior, in qua conſiſtens id præter egregiam mortalium vtilitatē conſequutus es, vt nominis tui memoriam literarum proditam monimentis nulla vnquam ſit abolitura vetuſtas. Vnde Franciſcus Alciatus Cardinalis omnium laudum titulis maior tibi deditiſsimus Andreæ illius Alciati veterum omnium iuriſconſultorum prudētiam, acumen, elegantiam, cæteráſque dotes ſpectato theatro abſolute repræſentantis poſthumas vigilias non alij quàm tibi conſecrandas eſſe putauit. Antonius quoque Auguſtinus vir eruditione ſingulari, & acerrimo iudicio ornatiſsimus, & alij complures ſcripta ſua ſacrario tuo dedicari voluerunt. In qua voluntate tua ſingulari perdurans quibus potes artibus, potes autē compluribus omnes in quibus aliqua non alieni à ſtudiis ingenii ſignificatio eſt promoues & in vetere illo de literatis bene merendi curſu pergis, & conſtantiſsimè perſeueras, & ne aliunde exēpla petantur quis me in hac peregrinatione conſtitutum, inquam mea tua voluntate relictę Italiæ noſtræ complexu conieci magis vnquam recreauit? Quis in iſta hominum æmulatione, & temporum peruerſitate conflictantem magis refecit? Et quis ſignum ad benè de rebus meis ſperandum altius ſuſtulit quàm tu? Quare ipſam meam æditionem tibi inſcripſi, nō vt aliquod beneficium à te ita me Deus amet, hoc meo munuſculo eruſcare poſsim: ſed vt omnes intelligant te & propter admirationem tuarum virtutum, & egregiam erga me voluntatem à me diligi, coli, & ſumma animi deuotione obſeruari, quē alio fortaſſe illuſtriore officii genere ſoluiſſem libenter, niſi vis temporum & obliquæ malorum hominum concurſationes impediuiſſent. Nunc poſtquam aliud non licet, quæſo te illuſtriſsime Cardinalis vt hoc ἀπόδειγμα ſeu παράδειγμα, ſcriptorū meorum quod vel purpuram vel quidpiam aliud vendentis quaſi exemplum aliquod videndum proponitur, in bonam partem accipias. Quod ſi facies, habeo integrum maiorum vigiliarum

munus, quod aliquando in lucem prodibit, & nominis quoque tui ſplendore ſi patieris inſignietur. Vale Datum Lutetiæ. Idibus octobris. M. D. LXXIII.

Octauius Soluicus Iurec. Mediolanenſis.

Linceus impreſſa hæc quiſquis ſine nomine cernat,
Credet opus certè Papiniane tuum.
Audiat auctorem at ſi quis nullus Orator
Cogetur ſimiles dicere nempe fuit.

Ludouicus Floccardus Aniaſſenſis

Piſtorium ceſſet cinum laudare vetuſtum
Auximon, at cinum tollat ad aſtra nouum.
Veſtrum Romulides Cinum laudare valentem
Romuleo ingenio, Romulea eloquio.
Quicquid in arte fuit dicendi. quicquid acutè
Quiſque vnquam inuenit, noſter is Auctor habet.
Hoc duce poſteritas noſcet quis cultus habendus
Sit ſcriptis, qualis ſubtilitatis honos.
O noſtra hæc equidem felicia tempora poſtquam
Et talem, & tantum læta dedere virum.

PRIVILEGII SVMMÆ.

CArolus IX. Francorum Rex, ſuo diplomate ſanxit, ne quis Cini Campani Commentaria Iuris, ante ſexennium à die primæ editionis numerandum, pręter Michaëlem Sonnium bibliopolam, ad eius caſtigationis exemplum imprimat, néue alibi impreſſa diuendat in Galliis. Secus qui faxit, mulcta fiſco applicanda, aliiſque pęnis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij indultis Lutetię quinto Nouembris, 1570.

ILLVSTRIS HVG. CINI CAMPANI EQVITIS PII, INCLITÆ ACADEMIÆ DOLANÆ, Regij Primarij Profeſſoris Clariſſimi,

De monte virtutis ad Auditores, Ὁμιλία, vel Sermo Primus.

MAgnanimi iuuenes genus alto à numine Diuûm,
Ingentem lecti componere legibus orbem,
Diſcordes vincire animos, pacémque tueri,
Et populos retinere ſuo ſub Principe fidos,
Ac dulcem immiſſam terris ſeruare quietem,
Iam celebranda dies venit, quam ſemper amatam,
Semper honoratam dum vos faueatis habebo,
Qua rapido montis volitetis ad ardua curſu,
In quo certa manent æternæ præmia laudis,
In quà Ditis opes, in quo Iunone ſecunda
Splendida traduntur numero, & ſine pondere dona
Aurea, conſpicua, qua virtus Arce locauit,
In qua ſunt placidæ centiſima gaudia vitæ.
Sed quò veſtra queant veſtigia tendere in altum,
Expediam paucis. Prius at clariſsima mundi
Lumina labentem veſtris virtutibus annum,
Qui verè imbuitis, dignóſque ornatis alumnos,
Dolani Proceres, noti quà Phœbus in amplo
Mergitur Oceano, tremula quà ſe exerit vnda,
Aſpirate precor cœptis, animíſque fauete.
Eſt procul in pelago ſaxum ſpumantia circum
Littora quæ tumidis tunduntur fluctibus ingens,
Verticibus ſeptem concludunt culmina dorſum,
Cui natura locum parua ſtatione reliquit
Quæ ratis excipiat genus omnis: at vndique circum
Sunt loca non adeunda, anguſto hoc calle neceſſe eſt
Ingredi, & ingreſſum ſeruat fortiſsima virgo:
Illaque dum luſtrat violenti terga Leonis
Et premit, & duris frenat ſæua ora lupatis.
Magnanimum at ſiquem venientem ad littora cernit,
Excipit, hortatúque ſimul fera terga Leonis
Secum conſcendat, ne monſtra minantia cordi
Terrorem iniiciant, quò tantis excidat auſis:
Præcipitem ad montis rupem, certęq́; ſalutis
Monſtrat iter ſpinis ſeptum, ac torrente pereſum,
Arctum, difficilé, ac laruarum horrore tremendum,
Quorum vbi prima habita eſt victoria læta laborum,
Mollius, ac lenius fit ſenſim denique ſummum

Si ſuperare gradum detur,(mirabile dictu)
Lætitiam inſuetam rerum nouus explicat ordo.
Tarda grus velluti primo tellure volatu
Strimonia optatas vix ſeſe attollit ad auras,
Dein procul auditis magniſque exterrita bombis
Fertur in arua volans:mox aëre lapſa quieto
Radit iter liquidum, & cælo lætatur aperto.
Sic cupidus iuuenis primò dum in limine cernit
Ardua virtutis iuga,ſcrupea,plena laborum
Nititur,& quantis potis eſt conatibus vrget,
At vix progreditur,pudor aſt vbi & æmula virtus
Inſtigant ſtudiis,fert impetus ipſe volantem,
Denique in optata lætus conſidit arena.
Quà locus in ſummo eſt concluſus culmine ſeptem
Verticibus,totidem quem collibus vndique curuis
Claudunt,& nullo detonſæ frigora ſiluæ,
Quas valida haud fas eſt vlli violare ſecuri,
Poma quibus nitida cellucent aurea fronde:
Sunt vbi odoriferis quotquot mittuntur ab Indis
Munera,quot mollis queat oſtentare Sabæus,
Palma,Cedrus,Libanus,quot vel natura beauit
Principio arboribus terras,vbi perfidus anguis
Decepit primos ſcelerata fronde parentes:
Non Aretuſa colit,non Aegle,aut Heſperetuſe,
Omnia ſponte ſua venientia læta miniſtrant
Arua,nec eſt opus aut ſerere,aut impendere curas.
Ver florum æterno campos diſtinguit honore.
Perpetuò flagrant Pæſtana roſaria cultu,
Non vllo peritura die,varioque nitore,
Et violæ ingeminant,& Lilia pulchra decorem.
Denique quos terras poteris reperire per omnes,
Illic diſtinxit miros natura colores,
Et redolere dedit florentia longius arua,
Haud ſub conuexi nutantis pondere mundi
Pulchrior in toto locus eſt,aut gratior,orbe.
Non Notus,aut Boreas,regnat,non horridus alis
Nubiferis Auſter,nec quaſſant flamine ſiluas:
Mollis odoratis ſpirat ſed collibus aura,
Nulla vnquam liquidum perturbant nubila cælum,
Sólque licet rutilum rubro lauet æquore currum,
Nox tamen haud fundit,nigris velamina campis:
Lucida ſunt adeo palantia ſidera cælo.
Non Tagus,aut tales voluit Pactolus arenas,
Aurifer aut Ganges:quas illic flumina abundè

Argenti,

Argenti, atq; auri fulgentia munera torquent,
Prata reluctandi dum florida murmurè lambunt.
Qua patet ergò ſacer ſpacioſa per æquora campus,
Maximus eſt medio viridanti in gramine circus,
Virgo vbi pulchra ſolet ſolium conſcendere in altum.
Vnde huic, vnde illi ſplendentia munera donat,
Inſtáque diſtribuit digniſſima præmia virtus.
Qualia cuiuſuis quæſiuit gloria rebus.
Illam omnes circum, quorum virtutibus orbis
Perſonat, aut viuant, ſiue hos monumenta recondant,
Siue arma, aut libros illuſtri nomine noti
Verſarint, fuerint magni vel rebus agendis.
Illa è ſede alta gemmis auróque micanti
Dextra, qua maria, ac terras, cælúmque profundum
Temperat, innectit capiti cuiúſque coronas
Nobilium vario contextas ordine rerum,
Quóſque facit tanto dignatos munere lætos,
Longa dies pariter memor aſſeruabit in æuum,
Nec minus ac nitido radiabunt ſidera Olympo.
Vidi vbi complures venerando nomine patres
Perſcriptas Moiſen geſtantem marmore leges,
Hi poſt legiferæ per quos laudantur Athenæ
Prudentemque animis figentem iura Licurgum,
Romulus antiquis vulgabat iuſſa Latinis,
Impreſſáſque decem tabulas ex ære ferebant
Lecti Romulei, mediíſque exerta tenebris,
Quinquaginta alij claudebant ordine libris,
Dona vetuſta patres, ſacratáque iura legebant
Pars alia imperij, abſtruſos pars prodere ſenſus
Intenti, ac vigiles longè quàm munera Bacchi,
Plura inſumebant lectiſsima dona Mineruæ,
Bartholus & Baldus, Caſtrenſis, & Immola, Dinus,
Cynus, qui Muſa, & caſto oblectatus amore,
Iura Cupidineis, mirabile, miſcuit armis:
Scriptorum ingentem cumulans Tiraquellus aceruum:
Zazius, Alciatus, vena meliore potiti,
Et multo eloquio, doctrina atque ordine clarus,
Viglius, & noſter doctiſsimus Oleignanus,
Inſigníſque Rhodas, roſeos cui pectus anhelat
Edere magnanimum ſemper virtutis odores.
Et Balduninus diuino munere Baldum
Ingenio ſimili, puro ſermone redundans,
Sarmatiæ aut Sarium merita cum laude Zamoſcum
Extollat cælo obnubata aut iura reſoluat.

Atque alij totas illuſtria nomina terras
Quorum percolitant, & eunt monimenta futuro
Duratura æuo, haud Letes mergenda palude,
Sydereo cuncti miróque nitore micantes,
Præſenti æthereæ gaudebant numine Diuæ.
Vidi ibi pro Sequanis reddentem iura Senatum
In Regem, inq́ deum conſtanti pectore fidum.
Vidi ibi veſtra patres nitidiſsima lumina Dolæ,
Fœlicem hanc ſanis ſtudiis decorare iuuentam,
Feruere opus, ſumi noctéſque, diéſque laborem
Ingentem, & nomen virtutis tollere ad aſtra:
Munera larga quibus ſolium prope Virginis altum
Rex Regum reſidens perculſus amore Philippus
Et dabat, & meritis poſthac maiora parabat.
Quare agite ô generoſi animo ſi tanta cupido
Lætitiæ immenſæ plenum conſcendere montem,
Inſano ſocij iuuet indulgere labori,
Exercete viri mentes, incumbite libris,
Nocturni hos repetant oculi, repetántque diurni,
Veſtigate animis verum, dein ritè repertum
Claudite perpetuum conſtanti in pectore rectum:
Non ſinite vt veſtrum cùm iam tardare ſenecta
Conatum incipiat, turpi hæc referatis ab ore.
Oh mihi ſi redeant anni Ioue dante peracti!
Si mihi quæ quondam fuerat, foret illa iuuenta,
Si melior vires ſanguis daret, æmula crines
Temporibus, nec dum canos immitteret ætas!
Omnia nunc facerem, vitia omnia propulſarem,
Méque darem laudi totum, immenſóſque labores
Perpetuo exciperem vt ſublimia ſydera poſſem
Ingenio penetrare, hominum volitare per ora:
Et quę monſtra ſolent incautas falleere mentes,
Herculea domitarem animo, intrepidúſque ferarum
Inſanam premerem rabiem, pariterque furentis
Punicea meritò redimitus tempora lauro,
Inuidiæ præter deferrer limina victor.
Ergo alacres iuuenes totos intendite neruos,
Nigra prius feßis quàm nox mortalibus atrum
Vmbrarum eripiat velum, cum gallus anhelo
Obſtrepere incipiet cantu, cùm ſedula pſalmos
Relligio ante diem laudúmque inſtaurat honores,
Suſcitet è ſomno ſeſe præclara iuuentus,
Accipite in manibus ſacrata volumina legum,
Turbatóſque modis variis, & mille plicatis

Nexibus intentis ſinuoſos ſoluite tortus,
Quod facilè eueniet, vanas ſi pellere curas
Sit Venerem, & Bacchum, atque otia turpia cordi
(Triſtes exuuias) pulchra hac conſiſtere arena.
Dum meliore animam motu dat prima iuuenta,
Dum pudor incendit vires, & flammea virtus
Excitat, & validum iuuenili in pectore robur,
Dum datur haud vanas in ventum effundere vires,
Nunc hos, nunc illos aditus tentetis, & omnem
Veſtigate viam, quà ſeſe attollit in altum
Verticibus ſeptem, ſe quà mons æquat Olympo.
Efficite vt multis qui oppugnat millibus vrbem,
Nunc altam admotam pertentat molibus arcem
Nunc hos, nunc illos aditus aſſultibus vrget,
Poſtq́; pererratam totam, multiſque petitam
Ictibus, ac nullo videat ſe vincere Marte,
Tentat iter tacitus, demúmque vbi ſe intulit intrò
Incautos nocte inuadit. Quare vrbe potitus
Ingeminat plauſus, & gaudia pectore verſat.
Sic labor eximius, vel inextricabilis error
Credite, vincetur. Victoria certa volenti eſt.
Denique ſi verum in tetra caligine merſum
Contigerit Phœbi ad radios efferre micantes,
Dicite fœlices Animæ quæ gaudia veſtrum
Perfundent meritò cupientum id pectora Patrum?
Dicite quem in Patriam læti refereris honorem?
O quantum veri tunc lætabuntur amici,
O qualis ſeros ſtimulabit fama nepotes!
Tunc dabitur veſtris tractari à Principe habenas
Imperij manibus, populis dare iura ſubactis.
Quóque putant homines nil quicquam illuſtrius eſſe
Quàm regere, ac vaſtum componere legibus orbem,
Veſtrum erit, & veſtri memores fecisse merendo,
Quò niuea tandem cingatis tempora vitta.
Fœlix quem voluit tantis dominator Olympi
Perpetuo auſpiciis exertem hunc ducere honorem,
Fœlicémque diu tanto ſupereſſe decori,
Clarâque per latum producere facta per orbem,
Et tandem emeritam in patriam remeare beatam,
Hoc virtutis opus, virtuti hæc præmia dantur.
Qui velit at contra iuſtum vitare laborem,
Deſidiæq́; neget fœdum confringere fœdus,
Quique viam medio in ſpatio iam detritus almæ
Egregiam inconſtans ſtudiorum deſerit auitus:

Ceu ſub nocte ſolent liquido vaga ſidera cælo
Lapſa refulgentes in ventos ſpargere crines
Aera per vacuum, vel quæ ſcintilla volabat
Arſit, & in tenues auras extincta receſſit.
Perditus & lachrymis ſic & conſumptus abibit,
Qui decus, aut partum potiꝰ eſt contemnere honorem
Rectius hanc fragilem fortis contemnere vitam
Si cupiat, pulchra debet quàm laude carere:
Sic veteres voluere obitum pro laude paciſci.
Quare agitè ô iuuenes, validas nunc promite vires
Tendite nunc geminas ſuperis ad ſidera palmas,
Æternos precibus diuos in vota vocantes,
Quò pater omnipotens ſummus Diûum atque hominum Rex
Poſſe frui legum digno quod præbuit orbi,
Munere det vobis, ingentéſque addat honores:
Magnanimos velutíque Duces complexus ouantes
Stellantis ſimili celebri de fronde corona
Laude pereximia, ac fama ſuper aſtra volanti
Vt decet emeritos ſplendentia tempora cingat,
Ac tandem æterna in cæli ſtatione reponat.
Hæc vobis dixi tenero complexus amore,
Quæ quondam Heſiodus crebrò celebrare ſolebat.

O μιλία, vel Sermo II.

ALtera iam reuehit roſeis aurora nitentem
Luciferum ad ſtudia inuitans formoſa quadrigis:
Iam video attentóſque virorum, animóſque iuuentæ
Arrectáſque optare aures, quæ non tulit hora
Acta breuis nimiúmque fugax memorare ſuperba
Nomina magnanimum multorum, ac facta virorum.
Sed quia membranæ antiquæ, paritérque recentes
Quos quondam terrarum orbis regina triumphis,
Captiuos Reges, claras longo ordine pompas
Ducier & regnis variis ſimulacra ſubactis,
Illuſtri æternum famæ monumenta reſeruant
Diuinorum hominum, quorum pars maxima plectro
Grandiſono meditans, ſuauique micantia pulſans
Aſtra melo excelſas Diûum penetrauit ad aures.
Pars alia alta ferens nitido ſuſpenſa ſoluto
Et pede, & ingenti grauiter veſtigia paſſu
Grandiloquis benefacta æquauit fortia dictis
Perſequar haud cantu, nec quot viridantia latè
Lucentes animæ innumeræ lectæq́; frequentes

Gramina dicta ſuper magno ſplendore replerent,
Clara quibus longè fulgebant nomina fronte
Pauca legam, paucis generatim nomina verbis,
Romani in primis aderant, ſeu magnus in armis,
Siue toga fuit inſignis ſiue ore ſuperbos
Emollire potens, adamante exſcindere lingua
Armatum pectus, ſæuas Buſiridis aras
Vſibus arcere infandis: te ſæue Licaon
Sæuitia abductum mitem atq; effingere mollem:
Qui valeat latis lachrymarum adducere fonte
Quiue vdos omni deflentis tempore ocellos
Reddere ridentes, fletúſque abolere loquendo:
Lecti oratores magni lectique Poetæ
Frondis Apollineæ præcincti tempora honore.
Mi Iacobone aderas, mi Nandoylette referte,
Et legum cumulo, & dicendi flore niteſcens
Faucheus ingenio excellens, ac Themidis arte.
Hic, quondam & noſter Sinibaldus, & Hannibal olim
Tam mihi quàm Muſis charus, Firmanus & alter
Hannibal, ac ſtudia in melius diuerſa ſecutus.
Moribus atq; ſtylo clarus Manutius alto,
Quem Muretus amans, ſequitur pariterque decorus
Lipſius ardentes, ambo virtutis amore
Mores ſcrutantes veterum, atq; ad vtrúmque parati
Eloquium, ſoluas verſus vel compede nectas.
Quod Goluſine potes pariter præſtare fauente
Pieridum facilè aſſenſu, Phœbóque iuuante.
Quid te Siconi memorem tua gloria nota eſt
Aut Papi Angelicum quoddam te papè ſonantem.
Cernere erat Coſtam inſignem, lexíque potentem,
Iuréque conſpicuum eccum Bucapadulius alter
Antoni celebri Antonius non diſpar ab ore.
Sulpitio æqualis, ſimilis Cuiaccius alter
Sceuola non verbis, ſed ſucco & ſanguine plenus
Noſter collega excellens proin Plantius hiſce
BiZZonus cum Cæſare, Confalonerius hærent
Egregij lectique Duces æquíque boníque.
Deníque vos alij reddit quos Roma ſuperbo
Iuris in emporio illuſtres, ſophiaq; beatos,
Admirande tua haud taceam Pariſette trophæa,
Nec tua dum nodos vellis clariſsime Velli.
Siue conuertam ad te Iordane retrorſum
Conſpicio dubij euoluentem iuris aceruos

Aſſiduis ſtudio, magnóque vrgente labore.
En video ingenij validos vibrare lacertis
Errantum in turmam iuris facto agmine contos
Argumentorum veterum de more vibrandum:
Non te Muſæum inſignem Bulcémque ſilebo,
Mongiottum eximium, aut excellentem Dorotheum
Chiffletum iuri addentem ſermone leporem,
Scrutantem veterum arcana in lucémque ferentem.
Te Pidcane ſimul Claudi, quem Sequana ſeruat,
Quò magno tandem meritò decoretur honore.
Sedulus ille bonas etenim perquàm colit artes
Moribus incorruptis, & bonitate refulgens:
Quorum omnis fama celebri circumſonat orbis.
Partè alia Lyricis lepidiſsime Vanne canebas,
Gambara grandiſono tendebas carmine ad aſtra.
Tu Beline elego mulcebas æthera cantu.
Quo candore animi docto quóve ore nitebas
Paulle Belardite. Aſt alio dum lumina voluo
Quà viridi tumulus ſeſe attollebat in herba,
Chriſtophorum video Alciatum pulchro agmine ſeptum
Legibus, & ſophia ornatum, ſummúmque ſonanti
Eloquio, & virtute imitans mea numina magnos
ALCIATOS, *claro complentes nomine terras.*
Antonine aderas Sylui, qui vt Lucifer aſtris
Innumeris præſtat fulgenti lumine magno,
Sic iubare excellis virtutum, & corda Licei
Romani inflammas ſtimuláſque ad præmia laudis,
Palladis ardentes illic ſtudiiſque micantes
Nobilis Aſcanius iugibus Iacobaccius vnà,
Cum Mario patre inſigni patruiſque Peruſcis,
Ambo florentes ætate, ac moribus ambo.
Ecce autem egregius praxim, ſeu iura requiras
Numen Alexander Dionyſius alte ſequutus
Veſtrum Farneſi, veſtra eſt modò cura fouere,
Quò liget Auximates memores ea gratia facti.
Se mihi Guarnerius, ſe noſter Honofrius offert
Muſſonij ambo humiles tollentes carmine ripas.
Ecce redimitus fulgenti dote vetuſtum
Auximon antiquum exornans Florentius ibat,
Ibat & Orphinus nulli bonitate ſecundus
Fulginei decus immenſum, ſplendórque ſuperbi.
Illic ardentes flores virtute Floſardos
Vidi ibi Campanos mea dulcia pignora fratres,
Proſperum adequantem antiquos, Fabriciúmque,

Candida cæleſtis Reginæ ſigna ſequentes.
Nec ſolùm innumeros Latio ſermone valentes
Moribus, ac aliis præclaros ornamentis:
Sed quæ Palladiæ generarunt corpora Athenæ
Præſtanti ingenio pulchras ſeu Palladis artes
Verſaſſent, haſtáque procul, clypeóque reiectis,
Siue arma in dextram reuocarént ve ægida læuam,
Inclyta quótque Rhodus varia exornauerat arte,
Necnon quot ſumma celebrat Lutetia laude
Splendida, quos ſecum dignata adducit ad aſtra.
Inter quos clarus Diuionis iura miniſtrans
Pieridum cultor Vintmilius emicat ardens.
Quot Sparta, antiquæ vel genuere Micenæ
Præſtantes animis quot vel ſeptemplice Nilo
Sunt orta, aut Tanai, Tanais quæ denique tellus
Europa in girum cirgens, quæq́; Africa vaſti
Edidit Oceani circundata littore, vel quæ
Tyrrhenum in medio tellure includit arena:
Denique erant omnes, quîs iuſti gloria Martis
Carior ipſâ fuit vita, qui munera cæli
Læta receperunt meriti, multóque labore
Reddere ſunt conati animam ſplendore nitentem,
Cæleſtem, & veluti (noſtra eſt cæleſtis origo)
Sunt puro optatam in Patriam candore reuerſi.
Ante omnes læti aſtabant, quot carcere limbi
Magnanimi, ac ſancti Patres pro crimine auito
Detenti inferni perfractis portibus alto
A Duce cælicolûm ſtellantia limina ſummi
Aſcendere poli: doluit quo perfidus anguis
Mille cathenatus vinclis, ſempérque dolebit.
Quíque Cruces humero æterni vexilla tulerunt
Fulgida ſigniferi ætherei. ô quàm maxima in illis
Lux erat, vtq́; noui radiabant lumine Soles,
Non hiſce humanis oculis ſplendore ferendo!
Fulgebant ſimul hi quorum ſanctiſſima iniquæ
Nomine pro Chriſti pulchro data corpora morti:
Quíque Selin niueo temnentis iura Tonantis,
Vt rabiem premerent redimiti pectora ſigno
Sanctis olim impauido pugnantes robore, tela
Non priùs & clypeos, efferunt lumine vitam
Quàm ſimul atque locum liquiſſent hoſtibus. Heu cur
Qui longa Famam Auguſtam obſidione premente
Mœnia ſeruabant, itidem ſe dedere morti
Non potiùs decreuere animo, quàm fidere cordi

Inſido hoſtili! Sed ſic pia fata ferebant:
Iuſtius Europa vt maiores aggeret iras,
Inuiſúmque canem toto procul orbe repellat.
Adueniant Chriſti fœlicia tempora terris,
Æternámque fluant referentia ſæcula pacem:
Quod citò vt eueniat, diuino numine cerno
Pontificem cælo miſſum, qui iungere palmas
Ceu Moyſes ceſſat nunquam contendere votis
Supplicibus iuſtam magnorum irámque minásque
Cœlicolûm vt ſuperet, noſtris reddátque fauentes
Rebus, vt auctores tantis conatibus adſint.
Et faciet: ſenis eſt pietas tam multa rogantis.
Ille erat in medio virtutis monte corona
Iuſtorum cinctus Regum, quos CAROLVS *inter*
HENRICVSQVE *nitent: ſolio ſed Virginis alto*
Purpurei patres hærent, qui cardine mundum
Nutantem excipiunt ſolido, inuictúſque PHILIPPVS,
Magnanimíque Duces Venetum de rebus agebant
Orbis conſilium afflictis quonam ordine fœdi
Improba Turcarum ſceleratáque corda Tyranni
Comprimerent, longéque Europæ, Aſiaq́; remotis
Finibus arcerent, claſſémque in gurgite ouantem
Ionio hoſtilem præda ſpoliiſq́; ſuperbam
Diſiicerent, flammiſque darent, & fluctibus altis
Obruerent pelago: priùs aſt inimica colorem
Sanguineum inferrent rorantia corpora cæde,
Impius vt Pharaon penitus Mahumette nefande
Te lemurem putet eſſe leuem, & ſine numine laruam
Temneréque incipiat: Chriſti decus emicet âltum:
Quò denuò exurgat Pario de marmore templum
Hieruſalem in ſancta, atque vnum paſtoris ouile
Vnius adueniat, totus colat orbis IESVM.
Hæc dum tractantur cæli fragor vndique mirus
Auditur, volat ecce polo diuina columba
Pneumatis ætherei, & ſupra caput aſtitit, olli
Tum genua inflectunt, & præſens numen adorant,
Cœleſtémque humili poſcunt clamore fauorem.
Annuit illa oculis, dein ſe mortalibus alta
Eripiens citius dicto per nubila condit.
Obſtupuere animi, dein grates ſoluere dignas
Contendere animo miſſis de pectore votis.
Haud olim abſimilem Patribus ſub carcere clauſis
Tartareo miſeri guſtati crimine pomi,
Lætitiam eueniſſe reor: cùm victor ouanti

Angelica

Angelica comitante acie & lætante refulſit,
Gaudia ſumma ferens, nigras ſplendore tenebras
Illuſtrante, pio infernum clamore premente
Lætantumq́, virum laudes, gratéſque canentum.
Tum nitida virtus ſeſe alma in ſede reponit
Aurea ſceptra tenens diuino afflata decore,
Quam circum aſsiduo radiantes agmine denſant
Illuſtres animæ, ceu ſacro in colle tonanti
(Quem Vaticanum Latio de nomine dicunt)
Cùm Pater excelſo Petri decoratus honore
Conflatas templi, luſtris iam quinque peractis,
AEre Iubilæi venerando tempore portas
Explicat, innumeri agglomerant, & cominus vrgent.
Ille pio multis reſpectans lumine gentes
Erigit in cælum palmas, pacémque precatur,
Fœlicique Crucis cunctos diſcrimine ſignat.
Hactenus hæc, fuerint ſed quæ memoranda peracta
Poſtera læta dies cùm primum lampade terras
Luſtret Apollinea, vatem expectate canentem.

O μιλία, vel Sermo III.

CAndido amatores recti ſignanda lapillo,
Qua non illuxit labenti hoc clarior anno,
Iam redit alma dies radiis rutilantibus orta
Me reuehens alacrem ad cultam doctámque iuuentam:
Quam cùm conſpicio mihi titillare retruſa
Sentio inacceſſum tentantia gaudia pectus,
Gratulor accinctos cernens ac ſponte paratos,
Haud falſa, haud tenuis, ſed vera ad præmia laudis
Ardua ſublimis iam ſcandere culmina montis:
Quos vtinam videam præcinctos tempora honore
Palladio, accipiam vos iam virtutis alumnos
Dicier, æternúmque extendere facta per æuum.
Sic facite, ô macti virtute, hac itur ad aſtra:
Sedula magnanimos ea mens ſpectata fatigat
Laude aliquid dignum præſtanti inuadere magnum.
Ponite iam ante oculos heroica facta virorum,
Quos ego Calliope (vt ſpero) aſpirante recondam:
Et placidi generoſi animus mea figite dicta.
Poſtquam inter cæli nubes volitauit ad arcem
Spiritus ætherei Patris, precibúſque rogantes
Impoſuere modum, taciti conuerſa tenebant
Ora in reginam permira ſilentia cuncti.

Non ſecus ac celebri Heſperia, ſacróque Tonanti
In Vaticano venerandi numina Patris
Impoſita in ſolio Petri ſtipantur ouantes
Innumeri proceres, pendéntque ex ore Parentis
Clauigeri, expectántque omnes quidnam ille loquatur.
Tum virtus ſuauem vocem, qua cuncta ſerenat
Edit, & accito (magnis nam fortè Camillis,
Cæſaribus, famáque alijs ſplendentibus vmbris
Mixtus erat,) tumida ac quibus artibus Africa poßit,
Et ſuperari Aſia intento ſermone loquenti
GRANDIVELLANO *inſit. Tam generoſa tuorum,*
Quam tua næ merita exquirunt maiora rependam,
Et cùm tempus eget faciam, tibi namque poteſtas
Summa erit, & reuocare animas, & pellere ad Orcum.
Parthenopes nunc eſt regio tibi pulchra regenda,
Expedit in tanto cunctarum turbine rerum
Diuitis infræni Regni modereris habenas.
Hoc tibi ſit noſtri monimentum & pignus amoris.
Excipies illic generoſæ ſtirpis alumnum
Ioannem Auſtriacum fama ſuper æthera notum:
Qui propria virtute ferox, & imagine Patris
Iam pia Pontificis, Regis, Venetúmque coacta
Arma mari, terráque gerens metuenda ſuperbi
Conteret Ottomani crudelia regna tyranni:
Non erit in toto victoria clarior orbe.
Diuæ ideò celebri in Claræ de nomine templo,
Trina quod ex vno manantia numina dentur,
Sceptra dabis toto pluſquàm clarißima cælo:
Trinus & vnus erit fautor Deus. Hæc vbi dicta
Continuò æra fragor ſummus ſuper intonat altum,
Sic erit, è cælo vox eſt audita ſereno:
Tunc PIVS, *& magni Veneti, diuúſque* PHILIPPVS
Lætitia aſperſi ingenti pia vota dedere
GRANDIVELLANO *libantes oſcula caro:*
Gaudet & Auſtriacus Princeps qui præſidet orbi,
Iura ſacri Imperij exercens: lætantur & omnes,
Qui (Ioue dante) Duces Regnorum fræna gubernant,
Suauia ductoris Chriſti præcepta ſequentes.
Albane inter quos tantis decorate triumphis
Africa & Heſperiæ, Italiæ, gelidíque Trionis,
Ipſe PERENETI *induxiſti brachia collo,*
Tantus amor fidei, diuini ac numinis ardor
Omnis lætata eſt ſanctißima turba Senatus,
Ardet ſanguineo, cui veſtis tincta colore

Siderei Ducis, infernum qui perdidit hoſtem.
Egregio ante omnes, venerandóque ore MORONVS
Diues opum ſanctæ mentis, prudentior alter
Quo non conſilio eſt, pugnent licet ore Catones,
Alciatus ſacro verſans in pectore iura,
Virtute excultus, magnus nouus alter Apollo,
Sfortia magnanimus clara præ ſtirpe decorus,
Omnibus officijs præſtans, fautórque bonorum,
Eximiiſque animi rutilans virtutibus alti
Obuiam it ingenti ſuauis Paleottus amore:
Quo paſtore nouo celebrata Bononia honores
Moribus (huic pietati adeo ſapientia iuncta eſt)
Miranda eſt habitura, bonum acceptura ſupernum.
Lætus & occurrit Sirletus, quem pia Muſæ
Aonio ante omnes miro amplectuntur amore,
Nec leui Apollinea cæleſti, & fronde coronant,
Quique Picæne tuas tam iuſtè rexerat vrbes
Maiori oſtentans penitus ſe pondere dignum
Herculeo Albanus merito decoratus honore.
Geſtit Alexander factis memorandus auitis
Cúmprimiſque ſuis clarus FARNESIVS *heros,*
Haud ſecus Italiam illuſtrans, quàm Clarius orbem,
Nobilis Vrſinus, proles præclara Columnæ,
Is cuius quernæ prætexunt tempora frondes,
Aequor in Adriacum tremulo quà currit Iſaurus
Murmure laudati grande Vrbini ornamentum.
En is cui ſceptrum Hetruriæ noue Porſena geſtas
Illuſtris Medices, magnæ ſpes altera Romæ:
Atque ſua inſignis & aui bonitate Bonelli,
En vada Metauri, qui quàm clariſsima reddit
Bellerofonteis augeſcens flumina lymphis,
Fortunæ in fano præcinctus tempora lauro
Lætus Apollineo ac inſignis Ruſtiucheus, &
Cæſius ille acri ingenio, multóque ſuorum
Maiorum decore ornatus. Maffheus ab omni
Parte fide antiqua, & ſuaui grauitate refertus
Aldobrandinus totus ſacer, integer, æquus,
Vóſque Tridentinæ clariſsima lumina gentis,
Lumina quæ ſuperant Phœbum ſplendore micantem,
Quique Placentinos ad ius componere mores
Perſtuduit Paullus culpáque dolóque carentes,
Angelico candore nitens. Bonus inde Comenſis
Eloquio & ſophia imbutus. Tum Corneus alma
Vrbe Peruſina ſtudijs armiſque decora

Lætitiæ ingentis mira edunt argumenta.
Inde Simoncellus, non Innocentius abſunt.
Lætatur Siculæ certiſſima gloria gentis
Cui titulum Alphæi præbent ab origine Piſæ
Contra hoſtes vindex Diuini nominis acer.
Ille Pyreneis deſcendens montibus ardet
Relligionis amans tutor cuſtóſque Paceccus
Magnus & ingenio præſtanti, corpore magnus
Gambara, qui multo noctéſque diéſque labore
Alcides veluti labentia ſidera fulſit.
Ecce nouus veteri haud æquandus Amulius illi,
Nil reputans aliud præter quod conuenit æquo
Eloquio, & Muſis valde oblectatur amicis :
Cuius amuletum valet omnes pellere morbos,
Sæuáque ab humano diuellere corde venena.
Hoſius ob ſanctos mores, vitámque per artes
Cæleſtes ductam gradum accerſitur in altum,
Paullus ab Eccleſia ſapiens ceu Delphicus ille:
Hunc Cornare canam te, tot lectiſſime ſoli
Grandia cui Cameræ mandentur pondera ſancti
Sedis Apoſtolicæ Paſtoris fidus Achates:
Riccius ecce bona eſt cui mens longæuus ab annis
Longo vſu, atque graui confectis pondere rebus.
Nunc Gregorius PP. XIII. *Et* BONCOMPAGNVS *conſtanti pectore iuſtus,*
Arx, & fons, & aſilum tutum æquique bonique,
Octóque cui gratos Iouis alto è vertice nata
Compoſuit mores, & Sarbellonus, & Altaemps,
Illuſtres bonitate animæ. Gaudétque Cribellus
Omnia iudicio præſtanti in pectore cribrans.
Prouidus ingenióque celer Delphinus, & ille
Cui commendata eſt ſanctiſſima fœderis arcti
Iunctio Magnates inter noſtro orbe remotos,
Doctrina, eloquióque illuſtris Commendonus.
Quid memorem Eſtenſes nitidi ceu lumina cæli,
Præclaros animis, totóque ex corde fauentes.
Marce exultantem vidi te Boba triumphans
Ingenti bonitate virum, & nulli virtute ſecundum,
Te Vercellenſis Ferreri, ferrea noſtra hæc
Sæcula qui auriferum inuertere tempus anhelas.
Te Geſualde alacrem vidi, tua nobilis eſt quæ
In patriam pietas, Perenoti ſceptra locari
In manibus meritis dum læto lumine cernis.
Indicus, & Didacus magni virtutis alumni,
Firmáque Borbonij inſignis ſpectata voluntas.

Sícque Lemellinus, ſic Carolus impatientes
Segnitiem, ac toto incumbentes pectore, ſi quem
Emeritum ornarent, cunctis opibúſque iuuarent.
O quàm magnanimus generoſo ex ſemine vterque
Guiſius humano ſatis haud laudandus ab ore.
Nobilis & quantum gaudet bonus Armignaccus,
Et Ramboglettus quem magnus concitat ardor,
Quò videat Chriſti victricia ſigna referri.
Et Caietanæ ſobolis ſplendórque decúsque.
Túque Cruce è ſancta, cui ſanctum & nobile nomen.
Nec minus excellens rara virtute Sabellus
Nobilis antiqua, ac celebri de pube Sabella
Heros magnanimus, cui grandia munia Petrus
Romulidum meritò ceſſit. venit ecce decorus
Flumen aqua viua, viua virtutis Iulus,
Fons, caput, vnde fluunt riui mille. Ecce Caraſa
Nil magis exoptans, quàm magni facta parentis
Pontificis penitus Paulli cæleſtia quarti,
Moribus, ac ſtudijs, ſanctóque æquare labore,
Egregius iuuenis, cui pectora plena ſenectæ.
Heroas inter claros ſe Carolus offert
Relligione ſacer, cui non (mirabile dictu)
In templo oranti potuit manus improba vulnus
Inferre adducto liquefacti fulmine plumbi:
Quem populi ad cælum Inſubri præconia tollunt.
Zunigna, & Pelues, Ceruantéſque omnibus amplis
Dotibus ornantes animos, Henricus & infans
Laudibus extollit quem Portugallia cælo.
Atque alij tandem, quorum tranſmittitur altos
Fama Pyreneos montes, & tranſuolat Alpes.
Quid te Sanctori memorem, cui ſancta dederunt
Tempora inaurari merito ſacra numina Muſæ,
Quærere cui magnos Pallas non ceſſat honores?
Accurrunt clari venerando nomine Patres
Relligionis acres proceres Vincentius, ordo
Cui ſuberat fratrum, quibus omnes cedere primas
Dicendo haud dubitant claſſes, Archangelus ardens
Lætitia ingenti & Blancus, lætatur ab alto
Monte Pius Fælix ipſa re & nomine fauſto,
Omine, quo tandem demiſſas Marchia palmas
Efferet antiquam laudem mirata nouari.
Denique ad excelſi referet ſe culmina montis,
Montis inacceſſi exæquantia culmina cælum.
Poſt hos ille tuus flos Recinete, decórque

Melchior innumeris melior quo nullus ab annis
Doctrina, atque vſu Romana viſus in vrbe eſt:
Sunt ſocij ſecum clari, qui iura tuentur
Clerici Apoſtolicæ ſedis, cuius caput ille eſt
Ordo ſacer Cameræ mira grauitate refertus.
Inde Rotæ ſequitur Romanæ ampliſsimus ordo,
Qui locus in toto terrarum iuſtior orbe eſt.
Accurrit ſimul & doctus, ſuauiſque Cyrillus
Quos Vaticani potuit diuellere ab aula
Cuius commiſſas quàm rectè tractat habenas.
Sed fruſtra in paucis concludere plura laboro.
Quòd mihi ſi linguæ centum, ſi lumina in Argo
Quot fuerant totidem grandi voce ora ſonarent,
Haud tantas vnquam poſſem percurrere laudes.
Denique cernere erat multos, quos æquus amauit
Omnipotens, cælique euexit ad ardua virtus,
Lætitia effuſi ingenti, plauſúque frementes,
Multa deum orantes, oneranteſque æthera votis,
Fœlicem vt præſtet finem euentúſque ſecundet.
Cuncti amplectuntur, cuncti ſtipantur euntem
GRANDIVELLANVM. *Tum u næ cui Cæſaris inſtar*
Eſt natura celer, prudentiáque alta Catonis,
Iuſſa Deæ exequitur monte ac ſe proripit alto.

FINIS.

Africanus tract. VIII.

EIVS qui in prouincia Stichum ſeruum Kalendario prępoſuerat, Romę teſtamentum recitatũ erat, quo idẽ Stichus liber & ex parte heres erat ſcriptus: Qui ſtatus ſui ignarus pecunias defuncti aut exegit, aut credidit, vt interdum ſtipularetur, & pignora acciperet. Conſulebatur quid de his iuris eſſet: placebat debitores quidem ei qui ſoluiſſent liberatos eſſe, ſi modò ipſi quoque ignoraſſent dominum deceſsiſſe: earum autem ſummarum nomine, quæ ad Stichum perueniſſet, familiæ herciſcundæ quidem actionem non competere coheredibus, ſed negotiorum geſtorum dari debere: Quas verò pecunias ipſe credidiſſet, eas nõ ex maiore parte, quàm ex qua ipſe heres ſit, alienatas eſſe. Nam etſi tibi dederim nummos vt eos Sticho credas, deinde mortuo me ignorãs dederis, accipientis non facies. Neque enim ſicut illud receptum eſt, vt debitores ei ſoluentes liberentur: ita hoc quoque receptum, vt credendo nummos alienaret: quare ſi nulla ſtipulatio interueniſſet, neque vt creditam pecuniam pro parte coheredis peti poſſe, neque pignora teneri. Quod ſi ſtipulatus quoque eſſet, referret quemadmodum ſtipulatus eſſet. Nam ſi nominatim, fortè Titio domino ſuo mortuo iam dari ſtipulatus ſit, proculdubio inutiliter ſtipulatus eſſet: quòd ſi ſibi dari ſtipulatus eſſet, dicendum eum hereditati adquiſiſſe: Sicut enim nobiſmetipſis ex re noſtra per eos qui liberi vel alieni ſerui bona fide ſeruiunt, adquiratur: ita hereditati quoque ex re hereditaria adquiri. Poſt aditam verò à coheredibus hereditatem, non æquè idem dici poteſt. Vtique ſi ſcierint eum ſibi coheredem datum: Quoniam tunc non poſſunt videri bonæ fidei poſſeſſores eſſe qui nec poſsidendi animum haberent. Quòd ſi proponatur coheredes eius id ignoraſſe, quòd fortè ipſi quoque ex neceſſariis fuerint, poteſt adhuc idem reſponderi. Quoquidem caſu illud euenturum, vt ſi ſuę conditionis coheredes iſte ſeruus habeat, inuicem bona fide ſeruire videantur.

INDEX MATERIARVM PRO
l. Eius. ff. de rebus cred.

AFRICANI laudatio, ac de Papiniano iudicium.

Lex Eius, vtili ac multiplici materia referta eſſe demonſtratur.

Calendario præfectus quis diceretur?

Calendaria vnde nomen deſumpſerint?

Calendarij nomẽ tametſi ab vſuris in Calendas collatis dictũ ſit, extenditur tamen, etiam ſi ad alia tempora vſuræ referantur.

Inſtitor qualiter ab eo qui Calendario præfectus eſt, differat.

Morte domini nunquid ſerui Calendario præfecti adminiſtraſtratio ſit reuocata?

Bona fides quantam vim habeat.

Mandatum pacis faciendæ mandantis morte non expirat.

Mandatum de aliqua re donanda ſi nuptiæ ſequantur, donantis morte conditione expleta non expirat.

Mandatum de libertate merito danda morte non abrumpitur.

Subdelegantis obitu mandatum non euaneſcit.

Procurator in rem ſuam morte mandantis non reuocatur.

Inſtitoris negociatio vtilior eſt quàm Calendario præpoſiti.

Actus quando dicendus eſt valere, potius quàm perire.

Debitores bona fide poſt obitum domini ignoratum ſeruo Calendarium exercenti ſoluentes an liberentur.

Debitores morte mandantis cognita tametſi mandatum durare exiſtiment, falſò Bartolum putare liberatos.

Negociorum geſtorum actio contra gerentem mandato morte ignorata ſoluto cõpetit, plerumq́; verò familiæ herciſcundæ.

Diſtinctio quando in iure admittenda ſit.

Conciliatio l. Meuius. §. ſeruus. ff. famil. herciſc. cum l. Eius. ff. de reb. cred. ob actionem famil. herciſc. & neg. geſt. concurſum.

Negotiorum geſtorum actio an ſpeciei in l. Eius. ff. de reb. cred. propoſitæ valeat accommodari?

Pecunias à Sticho in l. Eius. ff. de reb. cred. vel in ſpecie mutuo fuiſſe datas, vel in ſacco conſignatas falſò à ſcriptoribus declarari.

Mutui relatio quando fieri dicatur.

Pecunias accipiens vt aliis diſtribuat, ſi in ſuos vſus conuertat, an furtum faciat.

Dare verbum quomodo accipiatur?
Stipulationis effectum commendatio.
Pecuniarum conſumptione ſecuta, qui naſcantur effectus?
Stipulatio defuncti nomine vel defuncto facta inutilis eſt, & quare & quando contrarium defendi poſsit.
Stipulans ſibi ſeruus cur hereditati ſtipulationem acquirat, non itidem ſi domino defuncto ſtipuletur?
Seruus quoad multa aliquis eſt.
Poſſeſsionem nullam adnecti in ſtipulatione acquirenda, & propterea eo nomine doctores iure notantur qui aliter ſentiunt.
Communiter errare interpretes qui hereditatem quouis modo poſsidere putabũt, neq; l. gerit. ff. de acquir. hered. intelligere.
Heredum claſſes quot ſunt?
Seruum etiam non viſo teſtamento fieri liberum Bartolum aſſerentem iniquè à decio repræhendi.
Heredes ſuos & neceſſarios præſumi teſtamentum ſcire contra Bartolum pro Decio.
Seruus poſt mortem domini qui ignorabat, ſtipulatus, quomodo, & quando hereditati per ſtipulationem acquirat.
Pecuniæ creditæ ex ſtipulatione ſerui poſt mortem domini reddendæ habent ſuam ex ſtipulatione actionem, tametſi conſumptæ non ſint, contra omnes.
Rei vẽdicationem autem pecuniis mutuò datis per ſeruum hereditarium nondum conſumptis, non negamus heredibus competere.

CINVS CAMPANVS AD CELEBERRIMVM L EIVS. ff. DE REBVS CREDITIS.

NON eſt cur præter excellentiſsimi huius reſponſi commẽdationem in locupletibus ſcriptorum commentariis diffuſam, veterémque laudem, & peruagatam nouum aliquod verborum commendandi amplius gratia apparatum ſtruere debeam, quando res ipſa per ſe loquitur. Etenim ſi ad auctorem reſpectemus, is Aphricanus eſt, qui quadam dicendi grauitate, quæ ſummam annexam breuitatem habet, & altiſſimarum cogitationum ſubtilitate nemini vnquam, qui vtrumque fœliciter fuiſſet conſequutus, poſterior eſt habitus, faueat quantumuis Papin. Iuſtinianus. Etenim qui illius reſponſa acutè fuerit odoratus, & Imperatoris laudationem acri iudicio contemplatus, ingenij potius Papin. ſummam quandam excellentiam magno in pretio Iuſtinianum, vel eius anteceſſores habuiſſe, quàm quòd cæteris grauiſsimis ac ſapiẽtiſsimis Iureconſultis, qui plura accuratè, & grauiter, vt Paulus, Vlpianus, & cum maiori Regalis huius diſciplinæ compendio monumenta literis præclariſsima mandata, ac conſignata reliquerunt, præiudiciũ facere voluerint. Si verò ad huius ſplendidiſsimæ legis vtilitatẽ mentem conuertamus, equidem ſic arbitror, cùm totus hic tractatus frugifer, ac fructuoſus exiſtat, nec vlla pars eius inculta, ac deſerta ſit, nullum tamen ſuperiorem in eo locum eſſe, nec vberiorẽm puto, quàm hunc quem aggredimur interpretandum. Eſt enim huiuſce loci materia varia ac locuples. Siquidem de teſtamẽtorum recitatione, de ſeruorum, ac liberorum hominum adminiſtratione, ac negociatione agitur: de pignoribus, de mutuo, de ſtipulatione, tam antè, quàm poſt aditam hereditatem à ſeruis vel libertate donatis, aut liberis hominibus interpoſita, de negociorum geſtorum, & familię herciſcundę actione, earúmque concurſu, atque conflictu, quantúmque in mortalium actionibus bona fides valeat: quorum interpretes occaſione quaſi in ingentem & ſpatioſam aream multiplicum ac variarum rerum aceruos cumularunt.

PRIMVM itaque, vt alia minutiſsima conſultò relinquam, illud vti cæterarum dubitationum caput proponendum erit. Ac ea de re veritas, abſolutáque aliqua definitio exquirenda. Vtrum domini morte Stichi mandatum extinctum penitus fuerit. Quæ res quò facilius intelligatur, erit in primis veſtigandum ac dignoſcendum (poſtquam Stichus hic per Aphrican. inducitur à domino fuiſſe dum viueret, Kalendario præfectus, cuius adminiſtrationis occaſio reliquas omnes, quæ in huius legis ſerie dubitationes continentur, abundè ſuppeditauit, quiſnam is eſſet qui præfectus Kalendario diceretur? Is ergo, vt opinor, erat, qui nominibus contrahendis, vſuris concipiẽndis, ac tam vnis, quàm alteris exigẽdis præpoſitus eſſet. Idq; ex eiuſdme auctoris Africani duobus in locis ſententia.

Quaquidem

Quaquidem in re declaranda duplex commentantiū error detegitur. Alter elegantiorū, quippe qui neque incuria, neq; ignoratione, in Kalendario deſcribendo, nominum exigendorū præfecti negociatoris facultatē, reliquerūt quorum in numero doctiſsimus, ac omniū bonarum artium magiſter Alciatus, & eius aſſeclæ extitere. Sed quòd nimię breuitati ſtuderent, minùs commodè prætermiſerunt. Alter cæterorum longè grauior, qui inſtitorum negociationem eandem, quam Kalendarij exercitoribus (vt Bart. & cæteri ferè omnes eius opinionem ſequentes eſſe exiſtimarūt.) Quamobrem mirum non eſt, ſi nonnullarum legum parum inde conſentanea interpretatio conſecuta eſt. Erat mehercle differens inſtitorum negocium, ac Kalendario prçfectorum negociatio. Primi enim tabernæ, locóve alieni, vel ſine loco erant ad res, mercéſque emēdas, vendendáſque præpoſiti, Græceque παλιγκάπηλοι dicebantur. Quæ deriuatio longè abeſt ἀπὸ τῆς καλιρέως, vnde Kalendarium deductum eſt. Sicut enim diaria à dierum obſeruatione, ita & à kalendarum kalendaria dicta ſunt. Híque erant inſtitores, tum quos Iulianus, Paulus. lib. ſing. de var. lec. in hæc verba deſcribit.[a] *Inſtitor eſt, qui taberna locóve ad vendendum emendúmve præponitur, quive ad eundem actum ſine loco præponitur*: Tum quos veteres poëtæ in hęc carmina depinxerunt. a l. 18 de inſtit. act.

[b] *Inſtitor ad dominam veniet diſcinctus emacem.* b Ouid.

[c] *Inſtitor hibernæ tegei niuciſque cadurci.* c Iuuenal.

Quorum ſane nomine, vel in eos dominis, vel in dominos actio inſtitoria docente Vlpiano,[d] attributa eſt. Kalendario autem præpoſiti non mercibus emendis vendendíſq;, ſed nominibus ſub vſuris curandis incūbebant, quíq; diſpenſatores poterāt appellari,[e] non autē ad res vniuerſas agēdas deſtinati: quemadmodū plæriſq; ſcriptoribus, quorum Bart. princeps fuit, placuiſſe videtur: tametſi generale nomen & actio omnibus conuenirent. Particularis enim erat ad prædicta nomina negociatio, ac ad argentariorum, vel nummulariorum imaginem ſcripturas conficiens, licet illa ex publico ſint introducta: hæc verò de qua agimus, ex priuato iure profecta, & ideò tā de vno, quàm de altero. Alibi apud Vlpian. dubitatum eſt an curatio Kalendarij, & queſtura in aliqua ciuitate honores haberentur, & non haberi reſponſum eſt. Ab Alciati verò perreleganti paulò antè commemorata declaratione, tametſi verborum diminutione laboret, non ideò vſquequaque diſcedendum puto, cùm dixit. *Nomina ex Kalendario ſub vſuris fuiſſe concipi ſolitum.* d in l. 1. ff. de inſt. act. e l. diſpēſat. ff. de ſolutionib.

Quod etſi nulla is iuris auctoritate confirmet, mirificè tamen adiuuant quæ in Papiniani auditorio[f] fuiſſe propoſita, eleganter Iul. Paul. recenſet, ad quem nuper clariſs. Balduinus Lutetiæ Pariſiorum eleganter ſcripſit, non vſque adeò tamen elegantis Inſubri traditionem cenſeo ſequendam: vt ſi vſuræ non fuerint in menſes collatæ, ſed in trimeſtre, aut ſemeſtre, aut annum, aut quid ſimile tempus coniectum, ideò minùs ex Kalendario negociatio cenſenda ſit. Portò non inelegāter Budæus[g] rem aperuiſſe viſus eſt. Alciati verò verba ſi ita ſimpliciter vti ſunt pronuncia- f in l. l. ſt. ff. de reb. cre. g in l. tale. § ſo. cr. ff. de iure dot.

et,ſequamur,incommodum eueniet, vt Kalendarij nomen ad Hebræos tantùm, ad quos in genere pertinere etiam poteſt, à quibus Kalēdarij dictionem in ſuis inſtrumentis inculcari ſolere Iaſ. May. hic meminit, in menſem vſuras conferentes,vt eorum frequens mos eſt,ſpectare confiteri cogamur. Vnde autem Kalendarij nomen prodierit ſi quęratur,opinor à centeſimis vſuris ſub calendis inſtitutis nomen,& vſum verè fluxiſſe:& quanquam nō eam ſemper vſurarum obſeruationem poſteritas amplexa in calendariis exercendis fuerit : nihilo ſecius Kalendarij nomen nequaquam ceſſat. Non enim nouum eſt, vt verba originem ex aliqua occaſione trahentia plærúmque ampliorem vſu ita ferente,vim, ac poteſtatem recipiant: plærúmque identidem coarctari, atque anguſtari, iuxta illud peruulgatum Horatij,animaduerſionem,contingat. Hæc dum inter legendū ſcriberem in Vlpian.reſpōſum incidi, nonnihilque quòd ſuprà definiui,deturbans,& ferè labefactans. Aiebam enim inſtitoris negociationem cum præfecto Kalendarij non conuenire. Vlpian.[h] ait omninò contrà his verbis, *Inſtitor appellatus eſt ab eo quod negocio gerendo inſtet, nec multum facit taberna ſit præpoſitus, an cuilibet alij negociationi.* Adeò quod ſi hæc Vlpiani verba ſint ita in genere intelligenda,non dubitarem illis ſcriptoribus aſſentiri,qui ſub ea dictione Calendarij exercitorem comprehendi volunt. Si verò Pauli attendamus,diuerſam ſequi ſententiam cogimur. Repono Pauli verba.[i] *Inſtitor eſt qui taberna, locóve ad emendum, vendendúmque præponitur,quive ſine loco ad eundem actum præponitur.* Ex quibus illa vltima diligenter ponderanda cenſeo (*Ad eundem actum præponitur.* Scilicet emendi,& vendendi.) à qua recedere reſtrictione Vlp. videtur,dū cuilibet alij negociationi præfectum inſtitorem nuncupat. Idque eſſe in cauſa aſſerit,quòd vocabuli deriuatio,vel alluſio ſit,quia ab inſtando negocio dicatur. Ego pugnam hanc ita conciliandam putarem, vt non modò hæc inter ſe inuicem non aduerſantur, ſed ne quidem noſtris quæ ſuprà definiuimus,repugnent. Sed Vlpiani verba ad Pauli adaptentur,intelligēdo inſtitorem demū dici ab inſtando negocio emēdi, vendendiq; cū taberna,vel loco: vel eum eſſe qui ſine loco cuilibet negocio ſit præfectus dummodo ad emendum vendendúq; pertineat. Quòd ſi aliter cōtra dicēdū nitimur,cōpertiſſimū erit legū cōuenientiā euidenti cōtradictione contra conditores operis legitimi,& Iuſtiniani mentē,ac conſtitutionem ([k]nimirum nullum repetiri in iure contrariū) apertè proficiſci. Cogitabā etiā fortaſſe ſi vocabuli inſtitoris originem pergeneralem ſpectemus,Vlpianum comprehenſioni pergenerali negociationem ſubieciſſe: ſi legum vſum, ad emendi, vendendiue vim vocabuli negociationem coarctantē Paulū rectè loquutum. Vnum igitur vel alterum amplectar, quò contradictionis nexum ſoluas, néue à noſtra opinione frequentiſsimæ Iuriſconſultorum vſurpationi, conformi recedas. Quòd ſi forſan rurſus Vlp. In alio reſponſo nobis contrarius afferatur, quinimo non nobis, ſed Iulio Paulo apprimè aduerſarius oſtenderur,cùm ait lib. XXIX. ad edictum:[l] *Quicunque igitur negotio præpoſitus eſt, inſtitor rectè appellabitur, Nam & Seruius lib. pri. ad Brut. ait, Si quid cum inſulario*

h in. l. 3 ff. de inſt.

i d l. 18.

k in. l. 1. C.

l l. 5 ff de inſtit. act. cum aliis quam pluribus ll.

geſtum ſit, vel cum eo, quem quis ædificio præpoſuit, vel frumento emendo in ſolidũ eum teneri. Porrò ex his negari non poterit Vlpianũ generalẽ attribuiſſe huic dictioni poteſtatẽ non in ſignificando duntaxat, ſed in actione præſtanda. Occurrere nos aliter non poſſe ingenuè fatemur, niſi quod Vlp. rurſus actioni inſtitoriæ dandæ pro negociis ferè omnibus incumberet, proindéq; argumẽtũ à lata ſignificatione depromp ſiſſe, dixiſſeq; quẽuis præpoſitũ negociationi, inſtitorẽ rectè appellatum, ne negocia actione deſtituerentur, vel alios negociatores ex lata quadã ſignificatione inſtitoris vocabulo fuiſſe cõprehenſos, alioqui fruſtra differẽtia nominũ eſſet inſtitorum, exercitorum, argentariorum ac ſimilium. Cęterùm Iureconſultorũ frequẽtiorem inculcationẽ fuiſſe ad emendum, vendendúmue præpoſitos accipiendi, vt Paul. docuit, qui Ouidio & Iuuenali ita accipientibus cogruere vidẽtur, vt ſuprà retuli. Quod ad Bart. verò ac eius aſſeclas attinet, vnam, & eandẽ eſſe inſtitorum negociationẽ, & Kalendario præpoſitorum aſſerentes, apparet id falſum eſſe, quoniam differentes ſpecie erant, tametſi in generali nomine conuenire ſecundum Vlpianum dici poſſit. Qui eodem quo ſuprà loci ex Labeonis ſentẽtia id ita adiecit. *Labeo quoque ſcribit, Si quis pecuniis fænerandis, agris colendis, mercaturis, redempturiſque faciendis præpoſuerit, in ſolidum eum teneri. Sed & ſi menſæ habuerit ſeruum præpoſitum, nomine eius tenebitur.* Ex quibus efficitur vt ſi Stichum hunc Aphricani appellare inſtitorem in genere velimus, non diſſentiamus: ſed ſi eandem vnam & alteram negociationem eſſe proponant, vt Bartol. & cæteri ſcribentes, minimè valeamus aſſentiri. Si quis autem plura elegantiſſimè de Calendario, de Iduario, & reliquis deſideret, noſtri Clariſſimi Cuiacii Accium adeat ad octauum Afric. tractatum abundè, ac luculenter diſſerentem, cuius interpretatio concinna, & omnibus numeris abſoluta, poſtquam hæc, & reliqua quæ ſequuntur, fueramus meditati, ad noſtras manus peruenit. Sed (vt vnde digreſſi fuimus reuertamur) verum Stichi Calendario præfecti domini morte fuerit reuocatum quod ei fuerat iniunctum, & proinde debitores rectè ſoluerint? maxima quidem dubitatio extat, ſi vel iuris ſubtilitatem, vel æquitatem ſpectemus. Stricti iuris ratio quid exigat, ex eo planiſsimè intelligitur quod Iulius Paulus, libro tertio ad edictum.[m] ſcriptum reliquit, inſtitoris ſcilicet negocium præficientis obitu non finiri, & idcirco inſtitoriam actionem aduerſus impuberes filios heredes tametſi plærúmque furioſos imminere. Si verò ad æquitatem reſpectemus, ea ſanè prima fronte ſuadet non antè demandatum negociũ expiraſſe, quàm domini ab humanis exempti, ſuíque immutati ſtatus nuncium præpoſitus ſeruus accepiſſet. Notiſsimum enim eſt maioríſque momẽti exemplum in prætore Barbario, quantum in eius decretis ſuſtinendis communis quædam ignorantia effecerit.[n] Eſt & ratio quædam ſuadens in hominum animis innata, cui & illa ſententia tritiſsima reſpondet, nimirùm expedire magis vt actiones mortalium, cùm de eorum validitate dubium euenerit, ad iuſtum exitum perducantur,

m in. l. ſi mancipij. §. ſi impubes. ff. de inſtit. act.

n L. Barbarius. ff. de off. præſid.

o l. Quoties ff. de reb. dub. quàm vt in ventum reſoluantur. [o] Illud præterea potiſsimum vehe-
menter vrget quod in tota huius præclari reſponſi ſtructura bona fi-
des magnoperc in rebus controuerſis ſpectari medius fidius debeat, non
ſecus ac quædam in fidibus neruorum ſono & concentu aures noſtræ
perſonare, & animi perfundi videtur: itidem & à bona fide quæ vndique
ſumma æquitate redundet, quaſi quibuſdam aculeis pungi, atque com-
moueri, ac omni ſubtilitate abiecta, quod æquum bonúmque eſt, ſectari
videmur. Ecce ſi quis læthali vulnere fuerit ictus, ne exemplis res careat,
ſi fortè priuſquam cælo animam reddat, amico, vt eius nomine cum iniu-
rioſo homine pacem ineat, Chriſtiana pietate permotus demãdauerit, nõ
quia antè confectionem mors fuerit ſubſecuta pacem ineundam impedi-
ri dicendum erit, vt acutiſsimè Bal. quem ſequor, Decio hic referente, re-
ſpõdit. Rurſus ſi alicui res ſit ea lege tradita vt ſecutis nuptiis dotalis eua-
p l. ſi ego §. ſi re. ff. de iure do. dat, mortuo ante nuptias donatore Vlp. libr. 3. ad Sabinum [p] iuris ſcri-
pti authoritate poſthabita, benignius fauore dotis reſpondendum di-
xit. Eadem quoque ratione iure receptum eſt liberalitatem in Eccle-
ſiam collatam, vel libertatem ſeruo pro merito condonatam man-
dantis morte non abrumpi, vt Dec. hic. & Rom. fortiſsimo liberta-
q l. ſi pater. ff. man. vindicta. tis ad eccleſiam argumento traducto [q] exiſtimauit. Sed & harum re-
rum benigna interpretatione detracta, in plæriſque aliis quoque caſibus
domini morte mãdata non interrumpi exemplum euidens, atque illuſtre
illud eſt, cuius Rota Rom. & mentionem, & comprobationem fecit de-
ciſ. 24. de procurat. in nouis ſubdelegantis, vel ſubdemandantis obitu
mandata non euaneſcere, quod recentiſsimi Mediolan. quibus facilè aſ-
ſentior, autoritate, & ratione comprobarunt. Extat & aliud ab Imper. Iu-
r in l. nulla C. de procu. liano probatum [r] procuratorem in rem ſuam, vel dominum litis factum
ab officio ſibi demandato, ipſo mandatore defuncto, nõ abdicari, quod-
quidem ſimili quadam ratione huic deciſioni proximè accedit. Nã poſt-
quàm teſtator Stichum ſeruum heredem inſtituerat quaſi ex teſtamento
tacente, quod perinde eſt, atq; ſi fuiſſet expreſſum, nec à ſuſcepto munere
allegauerat, cõfirmaſſe videri poterat, expreſſum autem poſt morté man-
datũ validari poſſe, non eſt ambigendũ. [ſ] Coniectura autẽ non leuis eſt, cũ
ſ l. ſi ſeruo non remunerãdi. §. vlt. cum l. ſeq. ff. man. vind. & cæteris per dict. cumulatis. titulo honorifico, necnon libertatis munere excellentiſsimo fuerit domi-
nus Stichum proſecutus. Sed ad faciliorem iuſticię curſum remigia, velá-
que voluamus, hiſque obiectionibus non efficientibus ex contrario ve-
ritatis ſtationem indagemus. Prudenter itaque ab Aphric. reſponſum
eſt ſub quodam verborum inuolucro tanquam aliud agenti nimium
mandatum Stichi expiraſſe. Et icciroo Aphricanum ad benignæ in-
terpretationis portum pro debitoribus bonæ fidei ſoluentibus exci-
piendis, & adiuuandis confugiſſe. Quæquidem Aphricani decla-
ratio neque auctoritate, neque ratione deſtituitur: innumera enim in-
u in l. mandatum § re ſtituiſti. eodem. currunt iura, quibus manifeſtè cauetur mandantis è vita diſceſſu in-
iunctum munus vel onus penitus euaneſcere. [u] Quod & iuriſdictionis
delegatæ exemplo morte ceſſantis incrementum, confirmationémque
recipit

recipit[x]. Cuius regulæ in promptu ratio eſt, quòd morte domini voluntatem deficere Pompon. eleganter reſcripſerit[y]. Aequitatis verò lumen ſplēdeſcere dum noſter humaniſſimus Aphricanus debitoribus bona fide ſoluentibus ſubueniendum putat, liberationémque ipſo iure impertiendam liberaliſſimè exiſtimat. Quibus breuiter fundamentis iactis, immane illud dorſum ſcopuloſi Pauliani ad edictum reſponſi[z], ita erit effugiendum atque vitandum omiſſis quampluribus, quorum redundantes fluctus vos potius in Syrtes dubiiſſimas, quàm in fidu veritatis ſinum importarēt, quòd de inſtitore iuris agat, hic verò de ſeruo Kalendarij adminiſtrationi præfecto. Eſt enim magna inter vnum & alterum differentia quàm faciliimè ex illo eruenda reſponſo, ſi ipſius authoris ſententiam cominùs contuentes, verba diligenter perpēdamus. Inſtitoris enim vſus, vt Aphricanus ait, promiſcuus eſt, ideſt, communis: ſic etenim Latinę linguæ eruditi loquuntur & intelligunt, vt ex Latinitatis fonte Cicerone poteritis intelligere. Secus autem eſt in Kalendarium exercentis officio, quod quidem non promiſcuum, non commune eſt, neque ad communem vtilitatem excogitatum. Quis enim eſt qui neſciat expedire magis humanæ ſocietati conſeruandæ, ſi fœneratores arceantur, quàm ſi pecunias ac miſerorum bona deuorantes intra vrbium muros alantur? Id ſanè docuit & pietas, & prudentia pontificia non eſſe permittendum[a], præter id quod ex diuina voce, & veteri & nouiſsima in noſtras aures inſonuit.

INSTITORIS autem officium perquàm vtile ſit nedum promiſcuũ, & commune, erit nobis non leuiſſimo argumento & ipſius origo. Nam à iure gentium prodit, cùm in merces emendo & vendendo verſetur[b], & experientia, quæ omnium magiſtrorum præcepta ſuperat, comprobabit: quod ſine rebus hiſce ab inſtitoribus pertractandis humanam vitam diutius eſſe commodè non poſſe videamus, & idcircò neceſſario fatendum erit ſumma quidem ratione fuiſſe conſtitutum, ne inſtitoris officium domini morte abrumpatur. Quinimò complectendum & adiuuandum vt Iureconſult.[c] effecit, qui tametſi eorum munus non eſſet pro mercibus emendis pecunias mutuò accipere, ſi nihilominus accepiſſent, quaſi mandato domini id feciſſent cum conueniri poſſe, arbitratur. Errant autem (tantorum illuſtrium virorum pace dictum ſit) communiter interpretes, & in primis Bartol. eiuſdem ſententiæ caput, qui Stichum Aphricani eo pacto fuiſſe Kalendario præpoſitum opinatur, vt vniuerſam adminiſtrationem tanquam vniuerſalis inſtitor haberet, cùm aliter habere ſe rem manifeſtè appareat: non enim vniuerſa teſtatoris negocia, ſed quæ ad nomina conficienda, & cætera perſequenda quæ ad Kalendarium pertinerent, Stichi fideicommiſſa fuerant, magnámque eſſe differētiam inter huiuſmodi negociationem & inſtitorem, ſicuti etiam ab iis & nummularij & argentarij officium diſtat, vt copioſe ſcriptores in tractat. de edend. aſſeruit. Alioquin fruſtra diuerſa nomina, perperámque Vlpianus (quemadmodum ſupra dictum eſt) dubitationem afferret, An Kalendarium & queſtuaria in aliquo priuilegiariorum numero haberentur. Huius autem cōmunis er-

x l. vel iũ. de offi. delegat. l. & q. [illegible] in fin. ff de [illegible] [illegible] y in l. 4 ff. loc. ite.

z ut ſignu mancip. §. ſi impu[illegible] ff de [illegible] ſtio. act.

a c. 1 & vlt. [illegible] de vſuru. in 6.

b l. ex hoc iure genti. ff de iuſt. et iur. l. 1. ff. de contr. empt.

c l. inſtitorem. ff. de reb. cred.

toris egregius erit Paulus Iureconſultus[d] detector, dum ita eleganter diffinit. *Inſtitor eſt qui tabernæ locóve ad emendum, vendendúmque præponitur, qui ve ſine loco ad eundem actum præponitur.* Quibus ex verbis tantùm abeſt, vt inſtitorū officium ad omnia conficienda traducatur, vt ſolummodò mercibus videantur addicti. Quem ſanè Pauli locum ſi Bartolus & eius aſſeclæ memoria tenuiſſent, haudquaquam grauiſſimam antiquorum reſponſionem, qui de inſtitore[e] loqui dicebant, non fuiſſent multis nugis iniquè inſequuti, Fulgoſiíque ingenium eminentiſsimum eandem ſententiam ſequentis non improbaſſent. Cuius opinionem, Deo vtor teſte, hoc Pauli nouiſsimè reſponſo adiumento fueram antè commentatus multis in eandem ſententiam rationibus (quas breuitatis cauſa omitto) facilè adductus. Ceſſat & quod ſecūdo loco à Barbarij[f] prætoris exemplo ad hāc facti ſpeciem traducebatur. Etenim in ea Barbarij functione quamplura animaduerſione digna concurrebant: communis in primis error, publica vtilitas, dein populi Romani poteſtas ac maieſtas: quorum neutrum in Aphricani themate perſpicitur. Nec enim ex hęredum parte vllus inerat error, nec in prouincia cum eodem Sticho negociantibus eundem Kalendario præficiendi aliqua poteſtas erat: publicæ verò vtilitatis nulla in priuato hoc negocio poterat conſideratio intercedere. Nō officit quod tertio loco à notiſsima regula non perituri in dubio actus deſumptum[g] eſt. tunc enim ſibi locum vendicat, vt actus potius ſuſtineatur quam pereat, quoties res dubia eſt, vel coniectura ſubobſcura. Sed hic iam res erat deliberata & expedita, nec ſolùm per rerum naturam certa, ſed etiam per publicam teſtamenti recitationem palàm patefacta, Stichi ſtatum fuiſſe omnem immutatum, vnde negociorum mutatio neceſſariò ſequebatur. Non obſtat prætereà quòd bona fides & in Sticho, & in cæteris ſecum contrahentibus interueniret, quaſi ea bona fides in æquitatis fomite faces aliquas accendere videretur, quibus Stichi mandatum ſuſceptum non extingueretur, quemadmodum in iis illuſtribus pacis ineundæ, dotis conſtituendę, liberalitatis in eccleſiam demandatis exemplis contineri ex aduerſo dictum eſt. Nam publica dotis, pacis, religioníſque cauſa nedum ſuadebat, ſed ſuo quodam iure poſtulare videbatur. Quod verò à Romana rota in allegata ſpecie conſtitutum fuerat, nihil faceſſit negocij. multum enim abſimile exemplum eſt, cùm inibi fons vnde delegatio profluxerat non defeciſſet, ſed riuulus ſubdelegatæ poteſtatis duntaxat exaruiſſet. Iuliani verò imperatoris deciſio nequicquam obeſt, ſi argumentum[h] ex ea factum ſuaſionem, potius quàm veram fortémque ratiocinationem habere contueamur. Non enim noſter Stichus in rem ſuam poterat procurator dici confirmatus, cùm non ipſius negocium tantùm, ſed vel cohæredum eſſet. Vix enim de ſua portione deliberationem illi conceſſam eſſe ſtatuit Aphricanus in verſicul. *quæ verò.* Ex quibus agitata non inſubtiliter (vt puto) de Stichi mandato quæſtione, arbitror fuiſſe defenſum eius mandatum expiraſſe, nihilque commune

d in d. l. inſtitoris. ff. de inſtit. act.

e in d. l. ſi quis mancip. §ſi impubes

f ex l. Barb. ff. de of. pręt

g l. quotiens. ff. de re. dub

h l. in illam. C. de procur.

rum illo debitorum ſolutionem quamobrem liberati dici poſſint, habere, ſed benigna æquiſſimáque ratione fuiſſe debitoribus, vt liberationem bona fide ſoluentibus conſequerentur ſubuentum, ac non minus iuſtè quàm prudenter conſultum. Verumenimuerò neque hæc ipſa veriſſima concluſio adeo tuta eſt, vt eidem graue aliquod obiectionis vulnus imponi non poſſit, cùm quæque huius reſponſi particula arduam quam ſuperare neceſſe ſit, imminentem difficultatem habeat. Nec grauiter huic idipſum obiicitur non ipſo iure, ſed exceptionis ope debitores, de quibus eſt ſermo, liberationem nanciſci. Sic enim vel quod maximum eſt, idem auctor prima fronte ſibi quaſi non conſtans alibi [i] oppoſitum docere videtur. Inibi etenim non multùm abſimilem facti ſpeciem proponit, ſed iuris ſanè diffinitionem penè diſſimilem. *Etenim ſi debitorem* (inquit) *meum iuſſerim Titio ſoluere, deinceps Titio vetuerim accipere, ſoluentem debitorem, tame ſi meæ prohibitionis ignarum, Titio lucrandi animo accipienti non ipſo iure, ſed exceptionis ope ceſſis actionibus liberari.* Sed vt aculeum hunc euellamus, dicendum eſt, nullam profectò eſſe (ſi acutius intueri non diſpliceat) cum noſtra hac facti hypotheſi conformem imaginem. Non enim noſter Stichus ab aliquo fuerat prohibitus: quippe qui ſe adhuc ſeruum, & Calendarij negociatorem exiſtimabat, nec à cæteris quibuſcum res erat, alius reputabatur, neque vtì iniuſtum lucrum, quod furtum potius Protagoras in Platone appellat, iniquè affectabat, ſed bona fide à bona fide ſoluente debitore exigebat. Quamobrem non eſt cur Bartolus & plerique alij nequicquam altè nimium diſtinguendo repetere rem conari debeant. Sed quod deterius eſt, eundem video grauiter allucinatum dum hanc in medium proponit diffinitionem, nimirum ſi debitores quibus de agitur, dominum Stichi mortuum ſcirent, dummodo Stichi libertatem ignorarent, rectè ſoluere, iuréque ipſo liberari, quod mandatum durare exiſtimare meritò poſſent, ducto argumento ab allegato ſuprà Pauli reſponſo libro tertio ad edict. [k] Rem ſanè video non modo à ſtricto iure abhorrentem (vt ore Romano loquar) Bartolum proponere: verùm huic Aphricani reſponſo propemodum aduerſanti. Ecce quo res faciliùs accipiatur, grauiſſimi auctoris verba non obſcura ſed planiſſima ſubiicio. Ait enim. *Placebat debitores quidem qui ei ſoluiſſent, liberatos eſſe, ſi modò ipſi quoque dominum deceſſiſſe ignoraſſent.* Hæc ille. Ecquidnam aliud ab ipſo requiri dicemus, niſi vt debitores mortis domini nuncius fugiat, quod tamen Bartolus & plerique alij parum accuratè animaduertunt. Quoquidem errore innumeri proinde alij conſequuntur. Credidit bonus ille interpres, [l] inſtitorem, & Calendario præfectum eundem de iure exiſtimari, quemadmodum in inſtitoriæ actionis tractatu l firmiſſimè docuit, nec non quod fuiſſet in inſtitore [m] de iure acceptum, id etiam in Sticho Aphricani recipiendum foret. Quod tamen ſecus, ſi propriam cuiuſque naturam & proprietatem ſectemur, ſupra docuimus.

i in l. quam quis. § ſi debitorem. ff. de ſol.

k in l ſi quis mancipij §. ſi impubes. ff. de inſtit. act.

l in l. inſtitorem. ff. eod.

m l. ſi quis manc. §. ſi impubes. ff de inſtit. act.

Erit itaque aliter ſtatuendum, vt ſi debitores mortem ſciuerint teſtatoris, tametſi libertatis datio eos prætereat, quia nihilo ſecius mandatũ Stichi expirauit, nullum liberationis fructum ex imprudenti ſolutione conſequatur. Quamobrem & Accurſianã Bartoli & cæterorum communem diſtinctionem iure deturbari ac deiici quiſque facilè intelliget. Earum autem ſummarum & quænam actio cohæredibus ad ea quæ Stichus exegerit repetenda in eum promenda ſit, deliberatè Iureconſultus decernit, negociorum geſtorum actionem, magíſque familiæ herciſcundæ competere aſſeueranter docet [n]. Sed tam arduam ex Iuliano lib. 8. Digeſtorum ſententia hæc controuerſiam habet, vt vix antiqui recenteſque quos adhuc viderim, interpretes eius Labyrinthi quaſi Ægyptij in nomoherecleopolite exitum valeant inuenire. Quidam enim (vt veteres ferè omnes, quorũ Accurſius princeps eſt) ad ſunt communi & peruulgato vſi refugio, *Diſtingue tempora, & erunt ſcripturæ concordes*. quòd eò loci Iulianus eius mentis extiterit, vt de his quæ ante domini obitum à ſeruo quæſita ac comparata eſſent intelligeret, hìc verò poſtquàm dominus humanæ carnis viam fuerit ingreſſus, auctoris illius verba talia ſunt. *Seruus hæres & liber eſſe iuſſus id quod ex rationibus quaſi patriſamil. à [illegible] geſſiſſet, & penes ſe retinuiſſet in licio familiæ herciſcundæ cohæred. bus ſuis præſtabit*. Ex his ſanè verbis nuſquam vllus eiuſmodi diſtinctionis index vel coniectura, nedum ſigna perſpicua apparent. neque enim lex non diſcernens vllam recipere diſtinctionem [o] debet. At Accurſius ab ingenioſo aliquo defendetur, verúmque eſſe fatebitur, quòd contra legem diſtingui prohibitum eſt. At verò vbi ad concordiam, vel ad abſurda euitanda veniendum ſit [p], allegatam porro ſententiã non officere: tunc enim nedum diſtinctiones, verùm & extenſiones recipiendæ videbũtur, quemadmodum Scæuola in celeberrimo [q] Galli conſilio eleganter præſtitit. Sed ſi verum amemus, tunc hęc ipſa ſequéd i cenſeo, quoties ex l. aliqua, ciúſque verbis diſtinctio coniici poſſit, verum enim quando in quæſtione propoſita [r], neque lex vlla, neque ratio diſtinguendum indicat, nõ poſſum huic rationi aſſentiri. Sed quamuis eiuſmodi Accurſiana opinio fuerit nonnihil à nobis exagitata, & alia ratione à Bartolo improbata, poſſet nihilominus diſputando perbellè ſuſtentari, quinimò Iuliani ex verbis [s], & huiuſce Iureconſulti accommodata ad diſſerendum ratione defenſitari, víſque à Bartolo allata legitimè repelli ac propulſari: ſed ex verbis vtriuſque legis veritatem in primis exquiramus. Porrò noſter hic Aphricanus indubiè de his quæ poſt domini mortẽ geſta eſſent & proponit & determinat. Sunt autem verba ipſius adeò liquida, vt nulla interpretatione egere videantur, vt illa ſunt. *Qui ſtatu ſui ignarus pecunias defuncti aut exegit aut credidit, vt interdum ſtipularetur & pignora acciperet.* In ſtatu itaque vt Aphricanus ait, is ſeruus hæc agebat, qui poſt domini è vita migrationem perſpicuò deſcribitur, ſed alia ex aduerſo Iuliani verba diligenter ponderetis, inquit [t] ille, *Seruus & liber, & pro parte hæres, &c.* Loquitur ergo de ſeruo libero declarato, de iis quæ geſſiſſet, & penes ſe retinuiſſet, vt illius auctoris explicatiſſima ſententia in præteri-

n l. Menium §. ſeruus. ff. famil. herciſc.

o l. quos prohibet. l. Imperator. ff. de poſtulat.

p d. l. quos prohibet. & d. l. Imperator. de poſt.

q l. Gallus. ff. de lib. & poſth.

r l. qua ſi ñ. ff de teſt.

ſ in d. l. Menium. ff. famil. herciſc.

t in d. l. Menium.

tum ſonat. Quę quando vno vel altero verborum apparatu concepta mirificè à Iureconſultis expendi ſolet [u]. Poſſet & huic opinioni Accurſianæ ea cogitatio inſeruire, quòd ille ſeruus [x] haud quidē abſens quemadmodum hic noſter Stichus à loco in quo teſtator diem functus eſſet degebat, & idcirco neque mortis ignarus, neque libertatis, neque ſibi relictæ hæreditatis inſcius erat. Quare non eſt veriſimile poſtquam hæc ipſa perſpicuò cognouiſſet rei quaſi alienæ contra regulæ comminationem id prohibentis ſe amplius immiſcuiſſet [y], quarum quidem rerum interuentum apud Aphricani ſeruum abfuiſſe manifeſtum eſt. Hæc porrò dicenſio colorem aliquem habet, ac nonnihil ſuaſionis. Verùm ſi non arrideat, aliam accipite à nemine ex ſcriptoribus excogitatam, quæ ſi veritati non penitus cohærere fortaſſe continget, non inſubtilis tamen videri poterit. Dicebam itaque multùm inter Iuliani ſeruum, & noſtri Aphricani ſeruu[z] referre: hic enim Calendario præfectus tāquam ex mandato expreſſo negocia peragebat, nomināque vt interdum ſtipularetur, interdum pignora acciperet, conficiebat, adeò quòd mandantis morte mandato euaneſcente negotia non amplius à primordio imbutam mandati naturam habebant. Quamobrem conſequens erat vt in geſtorum negociorum ſubſtātiam ſe trāsformaret, indeque conformis actio negociorum geſtoru accommodata proflueret. At verò alter è diuerſo ſeruus, & ante teſtatoris interitum non ex mandato, ſed quaſi paterfamiliàs vtì diligens, & fidelis ſeruus ſponte ſua negocia adminiſtrabat, dominóque non refragāte. Vnde non tanquam mandatarius, ſed potius veluti animal, vel res hæreditaria domino, vel hæreditati adquirebat. Ad quod plurimùm generalis Aphricani ſententia hoc reſponſo expreſſā conſonat: Ait enim noſter egregius author. *ſicut in nobiſmetipſis ex re noſtra per eos qui liberi vel alieni ſerui bona fide ſeruiunt, ita hæreditati quoque ex re hæreditaria acquiri poteſt*. Ex quibus facilè intelligitur, quòd ſi hic abſens ignarúſque teſtatoris obitus, & cæterarum rerum ſeruus eſſet, quíque hæc vt hæreditaria vel quaſi patrifamiliàs gereret vt ſonare Iuliani verba videntur [a], hæreditati proculdubio acquireret. Quare non incongruum extitit, vt dum de hæreditate diuidēda negocium eſſet, familiæ potius herciſcundæ quàm negotiorum geſtorum actio competeret, cùm ille bona fide præſtitiſſet, & vtì bonus & fidelis ſeruiſſet, quodquidem nouum non eſt, vt his rebus bona fides accedens eam afferat vtilitatem, docet exemplum in calce huiuſce legis poſitum, dum dicitur: *Quo quidem caſu illud euenturum eſt, vt ſi ſuæ conditionis cohæredes iſte ſeruus habeat, inuicem ſeruire debeat*. Seruiuit itaque [b] ſeruus ille & patrifamiliâs, & hæreditati: Stichus verò noſter, non quidem domino, quia mortuus erat, & mandatum expirarat: Non quidem hæreditati, quia domini negocia vt domini ſimpliciter non agebat, ſed tanquam ex mandato, quo ſanè ceſſante ad negociorum geſtorum naturam omnia redibant, vnde geſtorum negociorum actio profluxit. De familiæ herciſcundæ iudicio diſſeruimus. Nunc breuiter de negociorum geſtorum actione agamus, quam Stichi cohæredibus herciſcundæ familiæ abdicata ac reie-

[u] l. ſi ſtip[ula]tus fuer[it] § [...] vlt. ff. de v[er]bor. o[bl]. l. & hic De.
[x] in d. l. Menius.
[y] l. culpa. la[ta]. ff. de reg. iur.
[z] in d. l. Menius.
[a] in d. l. Menius.
[b] in d. l. Menius.

ſta aptius conuenire Aphricanus ſtatuit. Verùm non ita facilem ſucceſſum habet, vt nullos habeat difficultatum ſcopulos. Illud autem præcipuè ab Accurſio & Bartolo propoſitum impedimentum eſt, vix fieri poſſe, vt eiuſmodi negociorũ geſtorum actio ſibi locum vendicet, quando ea ipſa quæ ad talem inducendam actionem ſoleant alternatim pertinere, rem hanc penitus deſtituant, & deficiant, de quorum alibi Accurſius copioſè tractauit.[c] vel enim opus eſt vt quæ ad munus noſtrum ſpectabant, aliquis[d] ſponte geſſerit, vel quod pupilli nomine ſimpliciter adminiſtrarit, meáque proinde ratihabitio ſubſequatur[e], vel quod meo creditori[f] ſoluerint: quare ad noſtram hypotheſim referamus, ex his nullum apparere intuebimur. Nec etenim Stichus pro hæredum munere in nominibus poſt mortem teſtatoris conficiendis aliquid geſſerat, nec quicquam quod ad hæredes publico, priuatóue officio ſpectaret, expediuerat, nec aliquid ex re hæredis facere videbatur, cùm nulla porro neceſsitas immineret, liberáque eſſet proinde hæredibus contrahendi facultas relinquenda[g], nec inſuper aliquid neceſſariò ad hæredum emolumenta fuerat à Sticho impenſum, nulláqúe preterea ſecuta ratihabitio cõcernitur, neque poſtremo ipſo geſtu aliquid cohæredibus acquiſitum. Nihil itaque vrget quare negociorum geſtorum actioni tribuendæ ſubſcribere debeamus. Arduæ huic obiectioni duabus occurrunt ſcriptores rationibus, quarum vtramque vehementer Bartolus probat. Altera ea eſt, quòd cum defuncti nomine, cuius illi hæredes ſunt,[h] ſeruus in adminiſtratione peragẽda ſucceſſerit, videtur eorũ nomine id Stichus feciſſe. Altera quòd debitores dum liberantur, ratum haberi dicatur in ſubſidium[i]. Verùm prima non arridet, quia non defuncti negocium poſt teſtatoris mortem ſeruus egerat, ſed hæreditatis, vt manifeſtum exemplum eſt in ſequenti verſu (*quod ſi ſtipulatus.*) Ergo ſequitur potius ad familiæ herciſcundæ iudicium ea ratione inclinandum, quod ne dicere cogamur, ſecundam diſſolutionem magis cenſeo amplectendam.

c in l. ſi pupilli § Item ait ff. de neg. geſt.
d l. 2. §. ſi actione. & l. pupilli in princ. eod. titulo.
e l. ſi ego. & l. pomp. dict. tit.
f l. ſoluendũ eod. ti. Ac in dic. l. ſi pupilli in verſ. ipſo geſtum late commemorat.
g l. ſicut C. a ctio.
h arg. aut. de iureiurando a morien. preſt. in prin.
i arg. legis mater c. de re vend c. l. 1. de reb. alien.

Ad verſ. (*Quas verò pecunias*) omiſſa ſcriptorum diuiſione cæteríſque ad rem minùs facientibus poſthabitis, ea eſt iureconſulti ſententia. ***Stichus ſuæ conditionis ignarus negociationem perſequens, pecunias mutuo diſtribuens accipientis præterquam ſuæ portionis non facit.*** Ex quo frequentior illa percrebuit excogitatio verius eſſe à principio dictarum pecuniarum dominium non eſſe tranſlatum, verumetiam illarum conſumptione mutuum quodammodo reconciliari. Et hinc euenit vt interpretationem eam ipſam huic particulæ accommodauerint, quòd res in tuto ſit, pecunias à Sticho ſeruo quẽadmodum alibi legitur,[k] fuiſſe vel in ſpecie datas vel ſacco conſignatas. Sed licet hæc opinio requiſita, multúmque diſputata ſummorum hominum propè conſenſu fuerit approbata, mihi tamen nunquam potuit arridere: mihi enim ita opinantes in Parnaſſo ſomniaſſe, vt aiunt, viſi ſunt, cùm neque ex verbo, neque ex re vlla pullulet coniectura, præſertim quòd inueriſimile videatur. Quo in genere Baldus homo in primis acutus dicere ſolebat ſpeciem proinde falſitatis contineri. Vbi enim au-

k l. publia. §. 1. iuncta l. ſi ſaccum. ff. de poſ.

ditum eſt hunc mutuandi modum frequentari, vt obſignatæ pecuniæ mutuò dentur, numerari ſanè, non obſignari noſtris, & antiquis temporibus conſultum eſt. Inde tituli illi de non numeranda pecunia, de dote cau. non num. Et in eundem modum noſtri iureconſulti in hoc titulo loquuntur. Alioquin in depoſiti ſpeciem cedere fatendum eſt. Putarem itaque dominium pecuniarum indiſtinctè in accipientes, vel numeratæ, vel obſignatæ eſſent nequaquam transferri, verúmque id eſſe, vt ſi conſumptæ adhuc nón fuerint, valeant iure vendicari. quòd ſi conſumptæ ſint, non idcirco mutuum conciliari. Vnde ſequitur, vt ſi Stichus credẽs mutuæ datæ pecuniæ inſtituendæ diem præfinierit, vel alias pactiones adiecerit[l], nullius momenti ſint, ſed alia actione quàm mutui condici poſſint: ſicut in ſimili Vlpianus ait.[m] *Fugitiuus autem vel alius ſeruus contra voluntatem Domini credendo non facit accipientis.* Quid ergo ſi nummi adhuc apud eum exiſtant, aut ſi dolo malo deſierint poſſideri, ad exhibendum agitur. quod ſi ſine dolo malo conſumpſiſti, condicere tibi potero. cui ſanè deciſioni & ratio, & alia eiuſdem auctoris conſtitutio ſuffragatur.[n] Ratio in promptu eſt, reconciliationes in genere niſi conſenſus accedat, fieri nunquam poſſe: quod & in cohæredibus multò magis ſpectandum erit. Ad verſ. *nam ſi tibi dederim in hoc.* Hinc quorundam opinio, quòd quando aliquis pecunias puta Titio dat in hoc vt mutuo aliquibus diſtribuat, per eam dationem accipientis mãdatarij dominio ſubiiciat prodiit, & idcirco ſi Titius in vſus proprios conuertiſſet pecunias, non furtum facere, eáque ſunt moti auctoritáte, quæ ex Martiani libro XVI. colligitur:[o] dum Iureconſultus ſtatuit, ſi pecuniæ alicui mutuo datæ ſint & iuſſum Sempronio reſtitui, cui donatas volebat, poſſe quidem debitorem etiam domino defuncto donationem exequi, ſubiicitúrque ab eodem auctore ratio, quia pecuniæ dantis fuerant. Sed interpretes qui in propoſita ſpecie ad eam auctoritatem confugiunt, ſe potius in Syrtes, & ſcopulos coniicere, quàm in portum infugere videntur. Diuerſa enim hypotheſis eſt. Etenim Iureconſultus inibi verum inquit quòd dantis pecuniæ erant, id eſt illius debitoris. ratio perſpicua eſt: is namque pecunias mutuo acceperat. Ecquis neſcit per mútui contractum accipientis fieri nummos[p], alioquin mutuum dici non poſſet. Quamobrem non eſt indidem ad hanc ſpeciẽ argumentatio transferenda, cùm Aphricanus hoc loci proponat non mutuo datas fuiſſe pecunias, ſed ſi tibi in hoc dederim vt eas Sticho reddas: tu verò in vſus tuos nummos ad alium finẽ deſtinatos conuerteris, furtum te facere exiſtimarem, poſſem multis cõprobare, verùm breuitas non patitur, nec quàm latus apud ſcriptores cãpus ſit, ignoratur. Non obſtat quorundã cõmentatio, dum verbũ illud dederim, longè diligentiùs quàm deceat examinẽt, ac ponderẽt, nimirũ quòd dominiũ trãſlatũ præſeferat[q]. Etenim qui hãc ſignificationẽ verbi huius dederint tã ſcrupuloſè, ſtrictímq; accipiũt, nõ vident multò vberiùs eius ſignificationẽ latè patere. Accipitur n. ſine dubio & pro ſimplici traditione[r]. Vnde ita erit interpretandũ, ſi tibi dederim, i. tradiderim: ídq; omnium.

[l] vt in l. lecta eod. tit.

[m] l. rogaſti § ſi fugit.

[n] l. ſi ego ff. eod.

[o] l. hoc iure § ſi quis dederit ff. de donat.

[p] vt in l. 2. § mutui datio ff. eod.

[q] §. ſic itaque inſt. de acti. l. vbi autẽ § vlt. ff de verb. obl. cum ſimil.

[r] l. ſi tibi rem ff. de præſc. verb. l. ſi quis ita libertatem §. ſeruus hæredis ff. de ſtat. liu.

no [illegible] reſpondere verba ſubſequentia per quàm manifeſtè docent, dum dicitur: *Dederim in hoc nummos vt eos Sticho, &c.* Ecquid ſanè ſibi aliud volunt, niſi ad eum finem traditas fuiſſe pecunias, vt earũ dominium non in ſe, ſed in mutuo accepturum longa quaſi manu transferatur? Quando dominus ad nullum aliũ vſum, quàm ad mutuũ contrahendũ deſtinaſſet.

A D verſ. (*quòd ſi ſtipulatio*) Cùm dictum eſſet Stichum interdum ſtipulari, interdum pignora accipere: ideò ſubiicit, Quòd ſi ſtipulatio nulla interceſſerit, neque fideiuſſores, neque pignora tenebuntur. Qua de re ex contrario mirabilis quaſi ſtipulationis triumphus oritur, quæ contractũ, labefactatúmque mutui negocium ſtrenua quadam virtute ſua, atque robore confirmat, fœlicémque exitum fideiuſſoris, & pignorum acceſſionũ efficit: quos tamen nexus & ſtipulatione detracta conſumptione ſequuta ſuſcitari Accurſius Bartolo contradicente arbitratus eſt, fundamentáque ſuæ opinionis iacit in Iulij Pauli de fideiuſſoribus reſponſo [s], euertere cótendit Bartolus, quando inibi de alienis pecunijs proprio nomine datis agitur, hic pro alieno. Sed pro Accurſio mouer non in perſonarum varietate vim fieri ab eo Iureconſulto videri, verùm an conſumptio ſequuta fuerit. tunc enim vt iureconſultus ait, In omnem cauſam fideiuſſor videtur acceptus. Sed non diſplicet Bartoli opinio, ſi præter eum hanc ipſam differentiæ rationem adiungamus, quòd non ſolùm proprio nomine hic Stichus mutuauerat, verumetiam illius nomine id fecerat, qui inſcio negotiatore ſuum diem obierat: quo quidem defuncto, nec ſtipulatio eius nomine valida erat, nedum ſimplex mutuum. Paulò mehercle firmius pluribus vtrinque argumẽtis, ſi cui ſtudere cogor breuitas pateretur, vti poſſem. Illud tamen addendum erit Accurſium forſan rectè loqui, ſi poſt cóſumptionem in propoſita ſpecie cohæredes non reclámarent: mutuum enim tunc ſanè conualeſceret. duo enim potiſſima magni momenti accederent, eorum comprimis conſenſus ad quos pertinet, deinceps ipſa conſumptio [t]: Quòd ſi fideiuſſor vel pignoris obligatio aduerſarentur [v], Iulij vterer ratione in omnem cauſam acceptum videri.

A D verſ. (*quod ſi ſtipulatus.*) ſubtili admodum videtur vti Aphricanus diſtinctione. Si ergo defuncto domino ſtipuletur ſeruus, vel nomen defuncti adiiciat, vt Azo inquit, vel domino ſimpliciter nihil agit, quinimò & inter hoſtes viuenti ſi decidat ratio me iudice ea eſt vulgatiſſima quòd mors omnia ſoluat. nam ſi cadauer reſpicimus, dicemus vt inquit egregius Poëta, *- iacet y ingens*

Auulſúmque humeris caput, & ſine nomine truncus.

Quid ergo eius nomine facta, qui ſine nomine trũcus eſt? valebitne ſtipulatio? Si ad animam his mortalibus exutá curis reſpectemus, nulla amplius eam vincient vincula. nec enim nubent, nec nubentur, vt in ſacra pagina. Si ad corpus, cadauer eſt, quod amplius haud perſonæ nomen meretur, nec inde perſonalis actio ducere originem poteſt. Verùm, inquit aliquis, cur tam ſubtili iure agitur? cur hæc ſtipulatio defuncto facta in hæreditatis, vel in hæredum gratiam in tuto non collocatur [z]? cur perinde ac

nullum

s l. ſi [illegible] pro eo. §. ſi nummos. ff. d. [illegible] de fideiuſſ.

t arg. l. abſentis. C. eodem.

u sud §. ſi nummos.

x l. ſi ſeruus com munis. § ſi [illegible] ff. d [illegible]

y lib. 2. Aen.

z arg. l. quotiens [illegible] ſtipu la[illegible] ff. de verb. obl.

nullum adiectum eſſet ſtipulationi nomen habetur? Præſertim cùm nomen defuncti quaſi ad hæredes cum iure hæreditario tranſire videatur [a], inſupérque hæredes vnæ eædemque perſonæ cum defuncto iudicentur: id ſolùm video in tam difficili quæſtione reſpondendum. Quod cùm ex natura ſtipulationis ſit per alterum alteri acquiri non poſſe [c]: ſi quando tamen caſus excipiamus, multò minus ei acquiri per ſtipulationem poſſe, qui in rerum natura non amplius ſit. Qui cùm mortuus ſit, porrò neque verè, neque fictè poteſt ſtipulationi conſentire: nec id hæreditas præſtare poteſt, quæ [d] animi expers eſt? Neque demùm præſtare hæredes intelliguntur, quibus ſtipulādo acquirere nunquam ſeruus cogitauerat. Quòd ſi contra admitteremus, neque verborum comprehendi ſtructura appareret: verborum autem quanta in ſtipulationibus habeatur ratio, ex eo facilè intelligitur, quòd ſtipulatio verborum conceptio propriè nuncupatur, neque voluntatis ipſius ſtipulatoris ſerui iudicium aliquod conijcitur, quibus & rigida ſtipulationis natura accedit, quæ extra diſpoſitionis cancellos verbis concluſos nullam admittit interpretationem [e]. Non obſtat præterea ſi quis proprij nominis in ſtipulatione, ſicut in legato rationem non tantam eſſe habendam affirmaret [f], vel benigna vtendum eſſe diceret interpretatione, ac veluti Stichus domino ſtipulando conſultũ voluerit, ita & eius ſucceſſori proſpexiſſe dicendum ſit, perinde ac in pactione de dote fratri futuro hæredi reſtituenda per ſocerum interpoſita, naſcituros etiam ſocero filios benignè includi Papinianus exiſtimauit, licet eorum mentio nulla facta extiterit [g]: vrgeréque magis hæ meditationes videntur, ſi ſubtilius intueamur Stichum hunc Aphricani non ad obligandum ſimpliciter incumbere. Cuius actus durior cauſa eſſe ſolet, ſed potius ad faciliorem ſolutionis aperiendam ex ſtipulatione viam, & proinde ad diſtrahendum, cuius exitus ſemper in iure facilior eſt habitus [h]. Nec eiuſmodi obiectiones non parum difficultatis adaugeſcunt: ac primaria retundenda eſt, aliud quidem eſſe cùm in proprio nomine erratur, adſcito, vt de Seiano & Semproniano fundo apud Vlpianum [i] reperitur: Secus verò vbi in proprio nomine alicuius vel error ineſt, vel nullus in nomine error eſt, verùm in corpore, vt in defuncti domini vita, quem ſuperſtitem putabat, atque vti viuenti ſtipulabatur. Nec præterea ſecunda negocium facit benignę ex Papiniano interpretationis obiectio, cùm nulla hîc benignitatis ratio appareat: non enim hic negocium erat de ſtipulatione filij per patrem adquirenda, non alterius perſonę non ita perchararæ beneficium facta [k], tametſi interpoſita ſpecie Stichi defuncto domino ſtipulantis, ſi cohæredes filij vel ſimpliciter neceſſarij fuiſſent inſtituti, quæſtionis fortaſſe eſſe poſſet non dubiæ: Nunquid ſtipulatio facta à ſeruo domino filiis in factis exiſtentibus, quòd ſtipulationis tempore parēs ſcio ſtipulante obiiſſet, compendium aliquod afferret, & ex eo reſponſo Papiniani diſputando profuturum defendi poſſet. At breuitas non patitur argumentorum aciem more Ariſtotelico [l] vtrinque inſiſtere, & pugnæ exitum oſtendere. Sed quoniam cum veteranis loquor, facile vobis

a l. hæreditas ff. de verbor. ſig.
b [illegible] § 1. [illegible] de [illegible]
c [illegible]
d d. l. 1 §. [illegible] ſi quiſ. [illegible] liber.
e vulgat l. quicquid a ſtring. ff. de verb. oblig.
f l. ſi quis in fundi vocabulo ff. de legat. 1.
g [illegible] § vlt. ff. de pactis.
h l. Arrianus. ff. de act. & obl.
i l. nihil [illegible] naturale ff. de reg. iur. l. in emptione ff. de pactis.
k d. l. [illegible] § vlt. ff de pactis.
l Cic. de Orat.

erit luſtrare, & explorare omnia, retruſáſque atque abditas argumẽtationum ſedes inuenire, veritatemque ex intimis ac penetralibus in lucem efferre. Nihil deinique impedit ſubtile cogitatum, quod videtur Stichus diſſoluendæ potius, quam nectendæ obligationi incubuiſſe, cùm pecunias mutuò datas reſtitui ſtipularetur. Nam dubio procul eſt nõ ad labefactãdum, ſed ad aſtringendum obligationis nexum fuiſſe ſtipulationem adhibitam: alioqui ſi aliter interpretemur, firmiſſimus ſtipulandi finis aliis cõtractibus cohærens nunquam ad alligandum pertinebit, eritque contra omnium ſcriptorum mentem [m] recepta ſubtilitas, vel potius ſub ſubtilitatis prætextu non obſcura cauillatio. Sed ad aliam obiectionem tranſeamus. Cúrnam (dicet aliquis) illud Aphricanus admittit ſtipulantẽ ſibi Stichum defuncto domino, hæreditati emolumentum ſtipulationis comparare? Cur non à defuncti domini nomine, æquè ac in eo ipſo caſu à ſuo nomine vel perſona in hæreditatem transfert? Quæquidem nulla eſt quoad ius ciuile attinet, & proinde quoad ſtipulationem quæ ex ciuili fonte manauit, & eò minus pro nullo videtur habendus ſeruus qui domini mandato agens illius mortis ignarus idem negocium conſectatur, cum mandatum vt vox ſeruilis extincto domino fuerit in ventos ſoluta, vt fuſè latéque poſt principium huiuſce interpretationis docuimus. Cur, inquam, ſibi ſtipulando hæreditati vel hæredibus ſuę conditionis ignaris acquirit? Identidem ſi domino qui ſe ignaro defunctus erat, eidem hæreditati vel hæredibus non acquirit? Ad primam confugere reſponſionem planè vrgemur, vt dicamus primam tranſlationem à ſtipulatione domino defuncto intercedente in hæreditatẽ fieri non ita facilè poſſe ſicut à ſibi facta. Deeſt enim præcipuum primo caſui deficiente domino fundamẽtum. At verò ſeruus ſi ſibi ſtipuletur, aliquis eſt, tametſi inſtrumentũ non penitus legitimum. Cenſeo itaque argumentum à re ipſa quæ nulla prorſus eſt, ad eam quæ aliqua eſt, non eſſe traducendum. Hic enim Stichus ſeruus res in primis hæreditaria ab Aphricano reputatur, & cæteris aliis rebus hęreditariis etiam animalibus rationis expertibus longe pręſtãtior eſt, & in ſubſidium hęreditati ad acquirendũ aptiſſimum. quemadmodũ Iureconſulti omnes paſſim in tit. de ſtipul. ſeru. exiſtimarunt, & noſter author non inſubtili argumẽto comprobauit. Vnde ſi tibi ſtipulatus eſt, quis non dicet inſtrumento huic hæreditario pactionem ex ſtipulatione comparatam ei hæreditati, cuius inſtrumẽtum eſt perfacile comparaſſe. Etenim (vt manifeſtum vobis exemplum prodam) quis non dicet manus, pedéſque & pleráſque aliis alias corporis particulas totius eſſe corporis inſtrumẽta? Sunt ergo boni fideleſque ſerui hæreditatis ferè tanquam manus adiutrices: & quemadmodum manus ſi ſibi poſſet ſtipulari, dubitandum non eſt, quin corpori ſtipulationis fructum acquireret, ita & hæreditati ſeruus. At dicet aliquis me nimium hęc ſubtiliter conſectari, vel nimio potius cum diſcrimine, notæque alicuius periculo. námque ſi corpus extinctum ſit, quomodo amplius corporis inſtrumenta manus dicentur, quę ab eo viris, nõ ſecus ac ſerui à viuentibus dominis acciperent? Reſpondeo, quòd tametſi in pleriſque comparatio ſibi locum non vendicet, nec ſimilitudinem pe-

[m] in rub. ff. de verb. obl.

nicus aſſequatur, perſimilem tamen nonnihil in ea re videri ſufficiet, quæ comparati penè imaginem habet, alioqui innumeræ Iuriſconſultorum ſententiæ quæ a comparatione ducuntur ſubuerterentur. neque admiratio-ni eſſe debet, quod extincto principali, organus, voxq; ſerui ad domini fauorem emanans extinguatur. Cæterùm ſi ſuam perſonam reſpectemus, ea quidem non morte domini conſumitur, ſed incipit dominicæ ſucceſſioni inſeruire. Quamobrem quę ſibi ſtipulatus eſt, vel hæreditati, vel ſucceſſoribus iuxta Aphricani diſtinctionem non iniuria adipiſcetur. Dum autem altè ac ſubtiliter Aphricanus ſtatuit eodem quo ſupra, loci, ſtipulantem ſibi ſeruum hæreditati nondum aditæ compendium ſtipulatione ſua cõparare, nonnihil ſcrupuli apud ſcriptores reliquum extat quinam fieri poſſit: cùm hæreditas poſſidendi animum nequeat habere [n], ſolicátque potiſſimum in rerum poſſeſſione acquirenda, retinendáve [o] adhiberi. Quod eiuſdem Aphricani teſtimonio video hic comprobatum, dum ſciens coheredes Stichi conditionem poſsidendi animum habere non poſſe ratiocinatur. Dubitatio leuis nõ eſt, ſed me iudice) ineptè propoſita: non enim hic de poſſeſsione alicuius rei adipiſcendę quęſtionis eſt, neque id Aphricanus diſſerit, ſed ſtipulatio, vel ſtipulationis fructus qui in actione cõſiſtit, cuínam acquiratur: in iuribus autem, atque in actionibus nullam eſſe poſſeſsionem eſt ferè ſubſelliis notũ. Quod ad ſcrupulu attinet, non poſſe hęreditatẽ, ex ſerui ſtipulatione ſibi aliquid acquirere, reſpondebat Decius [p] non eſſe mirandum. Nam in hæreditate (vt eò loci Iurecõſultus ait) qualem qualẽ eſſe poſſeſsionem, duplicẽ in hac reſponſione aduerto lapſum. Alter dum Decius communẽ ſequutus ęrrorẽ poſſeſsionis dubitationẽ admittit, qua de re nulla portò eſt: Alter dum antiquoru & veſtigia & doctrinam amplectens, credidit Paulum [q] aſſeruiſſe hæreditatẽ quaſiter qualiter poſsidere, & ferè poſsidentis hominis referre imaginẽ. labuntur meo iudicio omnes. Non ea fuit Iurecõſulti opinio, ſed cùm dubij iuris eſſet, nunquid hæres pignoribus in hęreditate exiſtentibus, tanquã rebus hæreditariis vteretur, geſsiſſe ſe pro hærede dicendus eſſet, & geſsiſſe vir ille aſſeuerauit, ſuæque aſſertionis rationem reddidit: quoniam qualis qualis eſſet in hæreditate pignorũ poſſeſsio, quaſi diceret defunctu teſtatorem pignora tenentem dum viueret, qualem qualem eorum poſſeſsionem habuiſſe, quæ deinceps in hæreditatem defluxiſſet, eáque illa quaſi poſſeſsio competeret, quod ius hæreditariũ hæreditati delatum eſſet. tantúmque abeſt, vt hæreditatẽ poſsidere inibi Iurecõſultus dixerit, vt contrarium potius, ſi omnia acutè odoremur, videatur oſtendiſſe: quod breuiter & facilè ita probo. Quod in dubium non veniat, aliud quidem eſſe poſsidere, aliud verò poſſeſsionem in re aliqua reperiri, vel (vt aiunt Logici) in ſubiecto eſſe: vel vt aliter quoque clarius demonſtratur, longe ſecus eſt, aliquid in vniuerſitate bonorum comprehẽdi, vtì de feudo, quod tametſi non ſit hæreditarium, in hæreditate tamen eleganter contineri poſt antiquos diſſerit Iaſon in pręludiis feudorum in 4. colum. His, pluribúſq; quàm breuitas pateretur, tametſi ſubtilis materia longè etiã pluta

[n] l. 1. §. Sed vel c. ſt. ſi quis vi. am. liber.

[o] l. 3. de acquir. poſſ.

[p] ex l. quærit. ff. de acqui. hæred.

[q] in d. l. gerit à ſer.

quam hæc ipſa requireret explicatis, nonnihil ſermonem ad eam partem conuertamus, quæ hæredum diuerſam viſa eſt naturam complecti. Quã ſanè hucuſque malè explicatam quoad negocij hæreditarij ſcientiam attinet conſpicamur, atque ab eo exordiamur, quod Bartolus cæteriq; ſcriptores proponant, tres fore hæredum claſſes diſtinguendas, neceſſariorũ primò hæredum: quorum planè ea natura eſt quam Iuſtinianus docet[r], vt velint, nolint hæredes exiſtant, hique ſerui ſunt, qui propterea ad hæreditatem etiam inuitis dentibus adiguntur[s], vt proinde ſi infortunio ſubſit, hæreditas non defuncti nomine quò ignominiæ nota vitetur, ſed ſerui, hæreditate licitata infami haſtæ ſeruus ſubiiciatur. Ob eam igitur cauſam ignari rei teſtamentariæ habentur neceſſarij hæredes, vt Aphricanus conſultò hic docuit. Verùm hæc res vehementer Decium torquet, neque Bartolo indiſtinctè approbanti adſtipulatur, eáque ipſa qua diſceſſionem facit ab illius ſententia ratione abducitur. quomodo, inquit ille, poterit neceſſarius ſeruus hæreditatem, libertatémque habere, niſi teſtamentum viderit? A (pace ipſius dixerim) in re quidem valde puerili eum cernimus admirantem: eſt enim id perſpicuum ſeruum hæredem neceſſarium, tametſi nunquam teſtamentum viderit, nunquámque quid actum reſciuerit, ſuæ prorſus conditionis ignarum, ſicuti Aphricanus in ſuo reſponſo exorditur, liberum hęredemque ipſo iure exiſtere, ſed & dormientem, ſed & furioſum, ſed mutum, penitúſque reluctantem, nedum ignorantem: ipſa enim lex hoc facit, non teſtamenti inſpectio, & idcircò rectè Bartolus hoc ipſum declarat, perperámque Decium in eum inuehi conſtat, quam opinionem eò libentius complector, quòd poſtea clariſſimũ in Cuiacij ad idem commentariis Stephanum Græcum interpretem peritiſſimũ ſequuti, id pro verò recipi [t]aduerterim. Sed quia quandoque bonus dormitat Homerus, non poteſt Bartolus alteram commentatam Decij haſtam refugere, dum ille in ſuis & neceſſariis hæredibus (quorum ſecunda claſſis eſt) idemtidem quod in neceſſariis hæredibus exiſtimabat, vt ignari rerum teſtamenti præſumerentur. Et ob eam rationem elegantiſſimum[u] Scæuolæ reſponſum fuiſſe ita interpretatum, quòd tranſactio cuius ibi Iureconſultus comminiſcitur, tanquam de rebus in teſtamento comprehenſis, inter fratres de contentis omnibus ignaros exiſtimatos non valuiſſet. Sed altior hæc eſt diſceſſio, & ad præcipuum locum ſuum reiicienda. Lancel. Bartol. reprehendit: quinimo in ſuis & neceſſariis hæredibus[x] videri ſtatuendum vt non ignorantia, ſed iam dictarum rerum ſcientia pręſumatur multis ſanè non incongruis exemplis, & authoritatibus docet ipſe, quem ne animos auditorum tandiu intentos amplius defatigẽ, ſilentio prætereuolo: mihi admodum placet hæc Decij contra Bartol. ſententia. Ad hæc præter Decij cogitata vnum aliud mihi vrgere vehementer videtur, quòd in verbis Aphricani ſpectatur, cùm de neceſſariis loquitur, non de ſuis & neceſſariis ſubiungit, ſed nouum non eſt. reperietur penès Iureconſultos neceſſariorum plerunque veluti naturalium quoque filiorum fieri mentionem, nec ideò minùs de neceſſariis & ſuis, de naturalibus & legitimis

r in tit. de hæred. qual. & differ.

s l. quæſitum ff. de acquir. rer. dom. l. ſi ſeruus teſtamento. ff. de ſtip. ſeruorũ.

t per l. ex parte. ff. de acq. hæred.

u in l. qui Romæ §. duo fratres, ff. de verb. obl.

x iuxta l. in ſuis. ff. de liberis & poſthum.

fore à nobis intelligendum fateor quidem: Verùm animaduertendum eſt, non poſſe hoc loci eo pacto interpretari, cùm præcedentia ſubſequentiáque verba, exempláque propóſita repugnare grauiter videantur. De Sticho enim ſeruo neceſſario hærede potiſſimus ſermo eſt, & ideò ſubiecit duntaxat in extremis verbis exemplum de neceſſariis. Sed colligamus vela, atque ad extremam interpretationis partem perueniamus, quoniam negociorum denique omnium inter mortales contrahendorum finis actio eſt, quaquidem media ius noſtrum cóſequimur. Quærendum eſt ſi Stichus hic ſeruus poſt mortem domini ſui, eiuſmodi infortunij ignarus ſibi, vel ſimpliciter ſtipularetur etiam, & quam actionem compararet. Facilioris doctrinæ gratia duo ſunt ad ſummum quæſtionis huius ſtatus conſiderandi, quemadmodum Aphric. prudentiſſimè fecit: alter eſt ante aditam hæreditatem, alter verò poſt. Porrò ante aditam hæreditatem ſuæ conditionis ignarus Stichus ſibi, ſimpliciterue ſtipulatus, vel ſciant, vel ignorent cohæredes Stichi conditionem, hæreditati actionem ex ſtipulatu acquirit: confirmo autoritate, & ratione. Aphric. quidem comprobat, dum per rem hæreditariam quaſi per inſtrumētum quoddam hæreditatis, vt Stichus eſt, id fiat: Cohæredum verò ſcientiam non officere, quoniam de ea ipſa ſcientia non niſi poſt aditam hæreditatem ſeparata mentio fit. ergo ex contrario ante aditam hæreditatem nulla diſtinctio adhibenda eſt. Ratio propterea ſummopere vrget, quòd hæredum ſcientia ante aditam hæreditatem nihil intereſſe videatur, quouſque de adeundo non deliberaret. Inſuper regula etiam adiuuabit, nimirum alteri per alterum non poſſe inferri conditioné iniquam. vbi itaque hæreditati hoc emolumentum accreuerit, poterunt poſtmodum adeuntes famil. herciſc. iudicio pro portione diſtribuere: poſt aditam verò hæreditatem, ſi ignatos neceſſarios hæredes cóſtituerimus, non hæreditati, quæ iam adita eſt, ſed eis quidem antedictam actionem comparari. neque hac in re hæſitandum eſt, poſtquam Aphric. id quod in ſuperiori ſpecie cenſuit, reſpondendum putauit. Eam videtur Aphric. proponere rationem, quòd in bona fide cohæredes verſentur, verū ipſe alio iuſto argumento ab eiuſdem Iurec. authoritate deſumpto, nimirum ſi per rem hæreditariam hæreditati iacenti compendium comparatur, quæquidem hæreditas vt iam dixi, animi expers eſt, quantò magis perſonis longè rebus præſtantioribus, vt notum eſt, acquiri dicendum erit? quòd acquirendi & animum, & miniſterium habeant. Quia in re (vt praxi quoque ſatis fui:) ſi pecuniæ adhuc extabunt non conſumptæ, dicendum erit ſecundùm quoſdam rei vēdicationem competere: Si verò non extabunt, ad alias actiones decurrendum fore, verùm approbare nequeo huiuſmodi diſtinctionem. Non enim de mutuo hic nunc agimus an cóſumptione, vt aiunt, videatur reconciliatum, ſed de pecuniis creditis, & ex ſtipulatione adhibita reddendis. A qua cùm actio proficiſcatur, non video cur ſit ad rei vēdicationem cótra ſtipulationis legem conuolandum. Poſtremus articulus eſt, aut cohæredes ſciuerunt, vel eius generis ſunt qui ſci-

Inſtit. de act. in prin.

l. 13 de acquir. poſſ.

re præſumũtur, & ex Stipulatione per Stichum ignarum poſt aditam hæreditatem interpoſita nihil cohæredibus acquiretur, ſed ipſi tantùm ſtipulanti. Negare autem non poſſum quin ſi pecuniæ extent, à cohæredibus valeant per rei vendicationem extorqueri. Nihil enim impedit. At ſi conſumptæ ſint, duplicem video cohæredibus aditum patere: alterum, vt aduerſus cohæredem Stichum conditione ſine cauſa, ne is cum aliena iactura locupletetur, experiantur, alterum verò in ſubſidium ſi ratum habuerint. [a] neque quod plærique antiqui obiiciebant, obſtare verebitur, nimirum quòd non videatur hæredes poſſe, quæ alieno nomine facta ſunt, habere rata: id quidem locum non habet in iis, quæ defuncti nomine geſta ſunt: cùm hæredibus ratum habere poſſe iandudum indulſerunt [b].

[a] arg. l. ſi ſine § ſi procuratori ff. rem rat. haberi.

[b] in d. l. §. ſi procuratori.

Reliqua (quò ego artem morémque agricolarum imiter, qui ſerpentem, & multiplici lapſu [c], & erratico vitem ferro amputant atque coercent) quæ ex vberrimis ſcriptorum fontibus licebit haurire, breuitatis ſtudio cogor omittere.

[c] Cic. de ſene.

Laus Deo.

CELSVS LIB. SEXTO DIGESTORVM.

SI ego decem ſtipulatus à Titio, deinceps ſtipuler à Seio quanto minus à Titio conſequi poſsim: ſi decem petiero à Titio non liberatur Seius, alioquin nequicquam mihi cauetur. At ſi iudicatum fecerit Titius, nihil vltrà tenebitur Seius: ſed ſi cum Seio egero, quantumcunque eſt quo minus à Titio exigero, potero eo tempore quo iudicium inter me & Seium acceptum eſt, tanto minus poſtea à Titio petere potero.

INDEX MATERIARVM PRO L. VLT. ff. de rebus creditis.

1. *L. vlt. ff. de reb. cred. materies tum magnis Iuriſc. digna, tum difficultate, ac vtilitate ad duas propoſitas quàm proximè accedit.*

2. *Gloſſemata ad verba, & ſenſa declaranda accommodari debent, non per deuia ab inſtituto vagari.*

3. *Cumulatores abs re tam multa aggregantes, contráque ieiuni, & exiles incuſandi.*

4. *Summarium, vt appellant, Alex. in fronte legis impreſſum inciſè membratimque ſtare non poſſe pluribus oſtenditur.*

5. *Stipulationis verba, quominus à Titio conſequi potero, multum ab illis differre in defectum Titij contra ſcriptores.*

6. *Formulam alicuius ſtipulationis, vel actionis propriis verbis à Iurec. cõceptam non debere impropriis verbis per interpretes commutari*

7. *Stipulatio ſi a Titio decem mihi ſoluta non ſint. fides tua eſſe iubes, quæ ſit.*

8. *Exequutio facta contra principalem debitorem non liberat ſecundum ſub conditione quominus ab alio conſequi potero accedentẽ. qua in re Alex. & eius Aſſeclæ errarunt.*

9. *Priuatio habitum præceßiſſe certißimè pronunciat.*

10. *Fabij Cunctatoris acuta reſponſio.*

11. *Debitor ſubſidiarius de facto, vel de iure pro ſolutione conuentus non erit neceſſario excutiendus, quò poßit ad primum reuerti.*

12. *Dictio, At, quam ſignificationem habeat.*

13. *Carmina Ouidij aliter quam à cæteris declarantur.*

14. *Carminis Virgilij explicatio non contemnenda.*

15. *Actione, ac geſtu melius quædam exprimuntur, quàm ſcriptione, vel voce.*

16. *Fœlicitas & in animi, & corporis bonis conſiſtit.*

17. *Petitionis vox non requiſitionem ſolùm, ſed effectum ipſum ſignificat.*

18. *Contrarium aut ſuperuacaneum nullum in iure reperiri quomodo intelligatur.*

19. *Regulam qui cum alio contrahit etiam ad quaſi iudicij capti contractum referri poſſe & num. 20.*

21. *Solutione ne, vel aliquo iudiciario actu debitor liberetur.*

22. *Fideiuſſores nequeunt conueniri quàm principalis ſit excuſſus.*

23. *Rationis à Celſo in hac l. vlt. tradita diligens contra ſcrip. declaratio.*

24 *Receptißima ad l. vlt. ff. de reb. cred. interpretatio reum ſubſidiarium prius cõueniri ob notoriàm in princ. reum exactionis difficultatem damnatur, aliáque ratio affertur.*

25. *Ius quod ab omnibus ſciri præſumitur dè liquido iure intelligendum eſt.*

26. *Dictio rectè quid præ ſe ferat.*

26. *Geminatorum verborum vis aduertitur.*

28. *Debitor ſubſidiarius ſi non proteſtetur, & ſecum litem cõteſtari patiatur, relictari amplius excipiendo non poterit contra commi.*

29. *Rationem Celſi in hac. l. vlt. poſitam generalem eſſe contra Dec. Iaſ. & cæteros iuſtè defenditur.*
30. *Reo principali notorio ſoluendo non exiſtente.*
31. *Decretum etiam in notoriis fore interponendum cenſet.*
32 *Notorio inueſtigando ſatis eſt ſi actore probante iudex ad vlteriora procedendum edixerit.*
33. *l. Fideiuſſor. aut ff. de Fideiuſſ. explicatio.*
34. *Fideiuſſorem non prius conuenire quàm reum nouiſſimo iure inductum.*
35. *Fideiuſſoris à ſubſidiarij debitoris nomen, & rem differre.*
36. *Conſequi verbi ſignificatio quam vim habeat.*
37. *Verba contractuum operoſa eſſe, ſed ex. l. hac vlt. de reb. cred. minimè, vt alij putarunt, poſſe colligi.*
38. *Mens contrahentium vbi ex verbis appareat, omnis abdicanda eſt coniectura.*
39. *Inquilinus expelli non poterit, ſi cum locatore conuenerit ne ante finitum tempus ab ædibus expellatur.*
40. *Soluente reo principali ſubſidiarium non vltrà teneri, vel liberari, quomodo accipiendum erit, vel diſſidere Iuriſc. hac in re videantur.*
41. *Liberari verbi ſignificatio.*
42. *Soluere quid ſtrictim ſignificet.*
43. *Verba plerunque ſtrictè, plerunque latè etiam non impropriè accipi.*
44. *Alciati laudes.*
45. *Solutionem, & liberationem inter ſe differre, contra dictionum conſectores oſtendit.*
46. *Liberationis verbum eandem vim habere, quàm ſolutionis, quomodo intelligatur.*
47 *Stipulatio quantò minus à Titio conſequi potero, ſi nihil Titius ſoluerit, an contra Seium actionem præbeat.*
48. *Hiſteria quæ dicatur.*
49. *Verba ſtrictè ſumi quid ſit.*
50 *Subſidiarius debitor an propriè fideiuſſor dicendus erit & numero 53.*
51. *Minus tribui intelligitur, etiam ſi nihil tributum ſit.*
52. *Quantò minus, & quò minus in quo differant.*
54. *Stipulatus quantò minus ab alio conſequi poterit, ſi tempeſtiuè non exegerit, an fortuna exigendi euadente poſſit ad ſubſidiarium debitorem confugere.*
55. *Communis opinio quæ eſt in principali reo idoneo tempore non excuſſo ad ſubſidiarum non fore deueniendum pluribus modis limitatur.*
56. *Fideiuſſor non ideò liberatur ſi efficiatur non ſoluendo quod creditori denunciauerit, vt oportuno tempore agat.*
57. *Alexander, Raphael, & Imola æmulus.*
58. *Fideiuſſorem ob negligentiam creditoris in exigendo liberari Bal. & Alex. falsò exiſtimarunt.*
59. *Stipulatio nullam niſi ex verbis interpretationem admittit.*
60. *Taciti, & expreſſi regulæ declaratio.*
61. *l. quicquid aſtringendæ in illis verbis, aut certè ſecundum promiſſorem interpretabitur*

pretabitur quo pacto intelligenda ſit.

62 *Fideiuſſorem non poſſe cum ſubſidiario debitore comparari concluditur.*

63 *Fideiuſſori allegare non permittetur quod reo non conceditur.*

64 *Fideiuſſoris bona in bonis aggregari cenſendum eſt.*

65 *Fideiuſſor denuncians creditori, vt tempeſtiuè agat, & ille contempſerit, an ſibi proſpiciat.*

66 *Duobus ex reis debendi, tametſi alter ad inopiam vergat nõ ideo creditori quòd eum non conuenerit, praeiudicium paratur.*

67 *Fideiuſſor poterit diſſipantem reum compeſcere.*

68 *G.nsil non per interpretationem, ſed per ſpeciem derogandum eſt.*

69 *Negligentiam nullam fideiuſſorem poſſe reo obiicere ex iure nouiſſimo non inſubtiliter interpretando docetur.*

70 *Iuris correctio refugienda.*

71 *Fideiuſſor ſubſidiarius an prius quàm principalis debitor conueniri poſſit.*

72 *Qua in re Bart. & caeterorum opinio confutatur.*

73 *Exceptionis legitimae omiſſionem non praeſumi.*

74 *Ignorantia controuerſi iuris plerumque excuſat.*

75 *Superbia ac Tyrannis inuidiam habent vltricem.*

76 *Veriſimilius non ita veriſimili anteponendum eſt. Generalia verba ſine magna cauſa non reſtringuntur.*

77 *Communem interpretationem quo in. l. vlti. in princ. in verſ. ſed et ſi cum Seio, prius cum Seio, quàm cum Titio actum fuiſſe à diuinatione potiùs, quam à ratione proficiſci.*

78 *Dictio (ſed) quam poteſtatem habeat, qua in re Fulgoſ. reiicitur.*

79 *Dictio (&) quam habeat vim, etiam ſi coniuncta ſit cum dictione ſed.*

80 *Regulae potius certae quàm exceptionis ambiguae in interpretando ratio habenda erit.*

81 *Exactionis vox haud ſpontaneam plerumque ſolutionem ſignificat.*

82 *Excuſſio principalis debitoris an in ſecunda principij parte l. vlt. ff. de reb. cred. ad.*

83 *Agere verbi vis atque poteſtas quid ſit.*

84 *Communis declaratio ad hanc l. vlt. in princ. in verſ. ſed et ſi, actum eſſe prius cum Seio, quàm cum Titio, damnatur.*

85 *Accurſ. ſolutio ad l. decem. ff. de verb. oblig. contra eam carpentes defenditur.*

86 *Perplexa interpretatio inculpanda.*

87 *Cini de Sinibal ſententiam Cinus Campanus contra inſequentes tuetur.*

88 *Verbum nullum in iure ſine myſterio reperiri.*

89 *Subſidiarium debitorem conuentum pro minori quantitate, ſi principalis debitor interim reliquam ſummam deperderit ad eam non teneri, & vbi hoc tractetur.*

NAZ.

90 *L.lxiij. ff. de fideiuſſ. quid verè contineat reiectis quorundam cauillationibus.*

91 *Subſidiarium debitorem non ideo liberari quòd ab eo minor ſumma petatur, niſi aliud obſit in quo ſcript. abarrarunt.*

92 *Principalis debitor an liberatus videatur quod in minore ſumma fuerim cum ſubſidiario debitore litem conteſtatus, & nunquid hoc ex nouatione contingat.*

93 *Nouatione quid Imperiali iure fuerit additum, ſed in quo ius antiquum correctum.*

94 *Legatum ab altero ex hæredibus petens non ideo ab altero hærede petere quaſi primo electo prohibetur, quod & ad conuentionem debitorum plerumque trahitur, quod Accurſ. perperam negauit.*

95 *Legum verba non ſunt violanda.*

96 *Dictio quominus quónam modo accipiatur.*

97 *Dictio (propter) cauſam ſignificat.*

98 *Verbum potero quibus modis accipiatur.*

99 *Clauſula quominus à Titio exigere potero &c. poſita in l. vlt. ff. de rebus cred. clarior redditur quàm antea vnquam viſa fuerit.*

100 *Liberationem de qua principaliter Celſus in d. l. vlt. in princ. potiſsimum egerat, in fine principij effectam tacitè comprehendit.*

CLARISS. AC EXCELLENTISSIMI CINI CAMPANI DOLANÆ ACADEMIÆ Regij ac primarij profeſſoru, Ad. l. vlt. ff. de reb. cred. interpretatio.

CElso Papin. Paulóque [a] grauiſſimis Iureconſultis
materiam perdignam ſuperioribus duobus reſpon- *a Hic & in*
ſis ſubtilitatis & vtilitatis pondere, non inferiorem *l. decē ff. de*
explicandam aggredior. Et quoniam pręcipuum in- *verb. obli. in*
terpretationis ſcopum interpretibus ob oculos illū *l. ſi decē. ff.*
poni operæpretium ferè ſemper exiſtimaui, vt gloſ- *de ſoiut.* 1
ſemata dubiis reſpóſorum verbis, obſcuris ſenſibus,
difficilimiſque articulis applicentur non rebus de- 2
uiis, vt prauus eſt complurium abuſus, quæcunque ſe ſibi obtulerint aliò
quàm par ſit, vndique transſerentium, nec debere contra tam exiliter,
támque ieiunè agere vt traditiones ferè indotatæ, atque rationibus ap- 3
pareant incomitatę. Igitur nō quoſdam neotericos imitabor, qui legum
diſciplina vix tincti, arduas iuris materias quaſi per tranſennam prętereū-
tes, ſtrictímque aſpicientes vix ſummis digitis attingunt, ſolúmque fu-
catæ cuidam ſtructuræ verborum, ac pigmentis incumbentes aliorum di-
cta illotis, vt aiunt, manibus, ſuis inſerunt & coagmentant. [b] Ab eorum *b l. i. ff. de*
verò ſcriptorum genere, qui omnium commentariorum verſiculos, & *orig. iur.*
numeros paſsim colligentes ſplendidiſsimam iuris prudentiam confun-
dunt atque perturbant, longè refugiam. Mediam igitur quandam, ſi po-
tero, diſputationis viam æquabili ac temperato dicendi genere conſectabor,
veritatémque innumera illa allegationū congerie inuolutam ac va-
riis integumētis obnubatam euoluere, & ordinatim (quantū in me erit)
explicare tentabo, initiúmque ab Alexand. Imol. compendio de indu- 4
ſtria faciam, tum quòd videam in legis fronte propalam támque pro ro-
ſtris ab impreſſoribus collocatam, & vno omnium interpretum, partim
tacito, partim expreſſo cōſenſu comprobatum. Tum quod omnes huius
reſponſi partes in ſe concludere atque cōplecti prima facie iudicet. Et ne
rem à vero diutius, longiuſque aberrare ſinamus, & ne vos, quibus etiam
leuibus quibuſuis corpuſculis carere volo, eodem errore ducamini, Au-
ditores attendite. En quo vobis in tantis communis errati tenebris clariſ-
ſimum lumen præferam, & quid vitandu, ſi proponam impobandum per
me Alex. compendiū receptiſſimū ad vnguem recito. Ait ille. *Qui in defe-
ctum alterius ſoluere promiſit, petitione aduerſus primum facta non liberatur, fa-
cta verò exactione ſic & idem contrà ſi accipiatur à ſecundo.* Enimuerò virum
hunc alioqui grauiſſimum atque doctiſſimum in tribus, quę inciſè mem-
bratímque ſi patiamini, demonſtrabo peccaſſe arbitror. Primus inde vt
opinor, prodit error dū inquit, *Qui in defectū alterius ſoluere promiſit.* Verba
enim hęc ipſa vt nūc omittamus paulo poſt dicturi an Latinè vel barbarè
tametſi ab eius generis auctorib. nō exquiramus Latini ſermonis purita-
tē) fuerint enuciata prædictorū iuris auctorū conceptioni perſimilē facti

5 hypotheſim quaſi vno ore conſectantium, non conueniunt neque re-
ſpondent: Etenim ſi obtuſa quadam haud facilè mutanda ratione verba
illa ſcilicet, [c] *Quò minus à Titio conſequi potero*. in quibus tota ſtipulationis
vis conſiſtit, omnes hac de re maiores noſtri loquentes ſuis in legibus re-
poſuerunt: curnam à poſteris erunt in aliam aliud denotantem formam
immutanda, & eorum loco hæc alia, *In defectum alterius, &c.* ſubiicienda?
Quorum quidem interpretatio vel latiùs patet, vel ſi ea ſtrictè accipien-
da ſint, mortis caſum reſpicere poſſint quàm ſoluendi facultatem: [d] vel ſi
ad eam ob ſubiectum referri queant, anguſta ſtipulationis natura nego-
cium faceſſet: [e] vel quod ſtipulatoris ceu venditoris, & locatoris intereſ-
ſe legem apertiùs conſcriberè [f] iandudum neminem lateat. Non debet
ergo trium clariſſimorum patrum Celſi, Pauli, & Papi. Latina illa, & pro-
priis concepta verbis, & defecta ſtipulationis formula in aliam minus
Latinam, & impropriam transformari. Non abs re minùs Latinam dixe-
rim, quando ſi ea vti libeat, & ad Alex. modum accommodare parum vſi-
tatò in defecturam præſtationem, vel in deffectum præſtationis dicere
oportuit: vel, vt clarior ac expeditiùs ſit futurus ſermo, & à rectè loqué-
tibus magis adamatus, ſi tandem à Iureconſultorum dictione, ne in eorũ
verba iuraſſe videamur, potiùs quàm in ſentẽtiam libeat abſcedere, in hęc
verba ſtipulandum eſſet. *Promittis caſu quo Titius in ſolutione deficiat*. Rurſúſ-
que ne reliquus exiſteret dubitationis locus, verùm omni euentui in ge-
6 nere prouideretur, ſi accideret quod vel in totam, vel in partem debitor
deficeret, ſtipulationi, tam in totum, quàm in partem adiiciendum eſſet,
vel à verbis illis (*Quominùs &c.*) non otioſè inculcatis puto fore nequaquá
temerè recedendum. Sed quorſum hæc? Quando non me præterit non
aliò tendere: quam τας σφηκιας ἐρεθίζειν. Ignaui enim intolerandæ barbarei
defenſores, poſtquam ad excellentem dicendi gradum negligentiæ vitio
torpẽtes peruenire non valent, inquinato, & infuſcato ſuo loquendi ſti-
lo, toto vitæ tempore delectati, magnas (cùm hæc viderint) aduerſus me
turbas excitabunt: ſed ſciant hæc me quidem non in eorum gratiam
ſcribere, verùm ad eos qui benigniori ſidere nati, bene ſcribẽdi, rectéque
ſciendi theſauro comperto, multóque ſudore effoſſo, vitioſum ſordi-
dúmque dicendi genus eius amatoribus totum derelinquentes ſanctiſſi-
mam legum diſciplinam omnium bonarum artium ſtudiis quærunt ma-
gis atque magis in diem condecorare. Valeant ergo illi ſuis cum nugis,
ſuoque illo non aliter loquendi, quàm huc vſque fecerint ingenio (vt ia-
ctant) pudore fruantur, interim dum ſinant melioris notæ auditores hu-
iuſce Alexandrinæ ad huius reſponſi compendium non recipiendę colle-
ctionis admonere, quippe quę ſi foret denique admittenda, Iuliani reſpó-
ſo cuidam, magíſque Celſi conueniret, cùm talem optimus ille edictorũ
ordinis compoſitor ſtipulationis ſpeciem proponit. [g] *Si à Titio decem mihi
ſoluta non ſint, fidei tuæ eſſe iubes*. Ex qua ſtatuit facta interpellatione, vel
mortuo principali poſſe quamprimùm ad fideiuſſorem exentiẽdum per-
7 ueniri. Quam deciſionem ab hac Celſi permultum diſſidere, vtriuſque exi-

c hac l. & l. decem ff. de verb. obl. l. ſi decem. ff de ſolut.

d l ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur.

e l. cũ quid ff. de verb. oblig.

f l. veteribus ff. de pact.

g in l. fide iuſſor oblig. §. vlt. ff. de fideiuſſ.

tus

tus à verbis longè diuerſis exoriens comprobabit,effectum hunc vnum, ne res exemplo videatur carere [h],ſubiecisse ſufficiat, quòd Iuliani deciſio excuſſionem principalis rei non requirat, ſoláque ſit interpellatione cōtenta.In Celſi verò antequàm ad Seium deueniatur (niſi ex notorio illum ſoluendo non exiſtere cauſetur) fore perneceſſariam planè Doctores omnes ad vnum conſentiunt.Quæ cùm ita ſe habeant,num tenebras potius legentium mentibus Imol.interpres offuderit,quàm veræ breuis cuiuſdā collectionis lucem extulerit,nemo non facilè poterit intelligere.

Secundum Alexandri erratum illud extitit, dum executione facta Seium liberari nimis audacter protulit. Equidem tantùm abeſt, vt Seius li- 8
beratus dici poſſit,vt Paulus & Papinianus contra reſponderint, dum aiunt [i], *Quamuis principalis debitor iudicatum fecerit, nihilominus non liberatur.* Cùm ea obligatio eouſque in ſuſpenſo extitiſſe, & ea conditione deficiēte deperiiſſe,potius quàm liberatio cōtigiſſe dicenda ſit [l].Subiiciunt ſcriptores,atque inde eruūt,regulámque illam depromunt, quò alicuius rei priuatio ſequatur,habitum oportere præcedere quaſi illius Seij, ſi à primo extorqueri debitum nequeat, ſub conditione obligati Titio princi- 9
pali reo ſatisfaciente factus non ſit obligationi locus, quoniam conditio ſi Titius non ſatisfaceret, ſatisfactione ſecuta haud conditio euenerit [m]. Sicut illud acutè in Liuium Salinatorem à cunctatore Fabio retortū eſt [n]. *Nec enim ſi Tarentum non amiſiſſes, vnquam equidem recepiſſem.* Poſtremum illud exactiori commodius infrà diſceptatione verſandum notæ quoque ſubiicimus,quod Alexander ait: *Idem ex contrario ſi accipiatur à ſecundo.* Mitto verbum accipiatur,deprauatè forſan fuiſſe impreſſorum incuria poſitum,pro incipiatur,id eſt,initium conueniendi fiat. Atqui illud omittendum non eſt,in quo me iudice labitur,dum aſſeuerat idem eſſe ſi à ſecun- 10
do promiſſore exactio inchoetur,eandem ſcilicet normam obſeruādam, ſiquidem id Celſi,cæterorúmque Iureconſultorum ſententiæ planè differenti non reſpondet. Etenim hi diſſidentem, primo debitore conuento deciſionem attulerunt. Expreſſim enim à ſecundo promiſſore exactionē minimè fore inchoandam niſi principali excuſſo aſſeuerarunt. Sed ſi de facto,vel quòd euidentiſsimè conſtiterit reum non eſſe ſoluendo à ſecūdo incipiatur,excuſsionem neceſſariò non incumbere,vt exacturus antequàm ad primum reuertatur, ſecundum penitus excutiat. Creditum e- 11
nim eſt apud omnes interpretes, creditorem poſſe ab eiuſmodi iudicio inſtituto quandocunque recedere, & reum principalem conuenire. Hic igitur rationibus non idem eſſe quod Alexander affirmauit, facilè concernitur. Poſſet & ille caſuum conditor,tametſi parum conſideratus, omniſque Latinitatis expers Viuianus ſuam in ea parte, quæ ad hanc rem pertinet,facti ſpeciem contra Alexandrum proponere. Poſſet & Accurſius primam antiquorum opinionem in ſuis commentariis recitatam aduerſus Imol. obiicere, quæ quidem grauius, quàm illa Viuiani vrgeret. ſed ſi noſtra in præſentia ratio ſufficiat de aliorum opinionibus poſtmodum libérius opportunè ſuo locò dicemus.Sed ne faciliores in alienis re-

h l. 1. ff. de praſc. verb.

i in d. l. de ī

l in l. ad qual. ff. de conſi pec.

m l. cum illud. § 1. in d. ff. qu. mod. dies leg. ced. l. cedere. ff. de verb. & rer ſignific.

n C. lib. de Senect.

prehendēdis videamur extitiſſe, quàm noſtris cōmentis exponendis aliorum iudicio trutinandis, ſecundæ partis, quum de ea agemus, compendiū reſeruantes, primæ hoc idoneum eſſe opinamur. *Seium quantominus à Titio creditor exigat obligatum ſatisfactio non petitio liberat.* His autem ſubiicienda eſſet, ne quid ex more antiquæ interpretationi detraheretur, partium legis demonſtratio, ac diſceptandum quænam ex ſcriptoribus magis conueniret. Sed quia parum inde vtilitatis referri poteſt, Bartolo Aretinóque in duas partes principium hoc diuidentibus conſentio: particulas verò tres in prima ſectione contineri, quis vnà cum Bartolo non viderit? Sed concinnè magis (vt opinor) poterit eidem diuiſioni hæc declaratio accōmodari, vt dicamus in prima deciſione afferri rationem, ſecūdo loco ſupponi: poſtmodùm verò exceptionem aliqua qualitate adinuenta deduci. Deciſio enim per ſe clara eſt, cùm Celſus ait: *Si decem petiero à Titio, à quo illa fueram ſtipulatus, non liberatur Seius: qui deinceps ex ſtipulatione promiſerat quantò minus à Titio conſequi poſſem.* Et ratio ea eſt, quoniam ſi ſecus ſtatuatur, nequicquam mihi ſecunda ſtipulatione caueatur. Et hoc ideò dixit, quoniam Iureconſult. compertum haberet, petitionē omnino prius aduerſus Titium fore ineundam, antequàm Seius infeſtaretur [o], quinetiam excuſſionem prius diligenter habendam. Vnde petendo creditor, non vt ſimplici petitione Seium liberaret in animo habuit, ſed vt ſuum munus obiret, conſcius quòd à primo non potuiſſet abradere, à ſecundo ſe exacturum. Ratio verò Iureconſulti per nos ita explicita an generalis ſit, vel in aliquo peccet, paulò infra luculenter diſpungemus. Tertia verò particula exceptionem euidentem deſignat, cùm inquit: *At ſi iudicatum fecerit Titius, nihil vltra tenebitur Seius.* Quando dictio (At) nihil aliud quàm diuerſitatem oſtēdit, ſe tam in facto, quàm in iure aduerſari quiſpiam dicet, nō negarim interdum ita fore accipiendum, quinetiam interdum pro cōtrario, pro quo Latinæ dictionis profeſſores ſolent egregij noſtri Poëtæ carmen adducere, quum ait [p]:

[o] Papin. in d. l. decē. ff. de verb. ſig.

12

At regina graui iamdudum ſaucia cura
Vulnus alit venis, &c.

[p] Virg. lib. 4. Aeneid.

Imperator verò noſter videtur eandem ferè ſignificationem apud iuris Iuſtinianeos attribuiſſe, vel ſaltem confirmaſſe, dum ita loquitur: *At ex contrario omnes res pupillo & pupillæ ſine tutoris authoritate rectè dari poſſunt.* Fateor quidem contrario nonnunquam accommodari, nonnunquam & iuris & facti diuerſitati, ſed & orationis principium, ſed & indignationis interdum ſignum præ ſe fert. Aliquando verò non planè aduerſantem facti ſpeciem indicat, ſed paululum differentē, vt hoc loci eſt, in quo de petitione in prima reſponſi particula. In altera de exactione quæ ſine petitione non procedit, agi exploratū eſt: nam & qui ad iudicatum faciendū aliquem compellit, verendum non eſt, quin prius iudicio petat: Sed hoc plus habet quod exigit. Multiplex ergo huius dictiunculæ vis atque poteſtas efficit, vt quod obiici bim corruat & infringatur. Qui Dictionariū Alberici videre non ægre feret, ita eſſe ſtatim inueniet, poſtquā preter co-

gitatum hac de re nimis multa exciderunt, & vos audiuiſſe non tæduit, il-
lud apud dictionum Latinarum explicatorem ea de re non conticeſcam,
cùm Naſonem hac dictione in his carminibus adducit vtentem.

Crudeles ſomni quid me tenuiſtis inertem? 13
At ſemel æterna nocte premenda fui.

Etenim ſi Poeta ille hoc in animo habuiſſet, cùm quid tentabat dicere,
carmen erat, poterat facilius & elegantius ita ſatisfacere ſi dixiſſet:

Aeterna ſaltim nocte premenda fui.

Præſertim quòd dictio illa, *ſemel*, videretur abundare: námque ſi æterna
fuiſſet morte preſſa, diſcernere nõ oportebat, an ſemel, an plures, cùm vna
nox tantùm illa ſit vltima æterna, vt eſt illud heroici Poetæ:

Stat ſua cuique dies, breue & irreuocabile fatum.

Indignantis ergo & dolentis ibidẽ mulieris, & ſomnum æternum, quẽ
noctis appellatione cõprehendit, id eſt, mortẽ exoptantis ſignũ eſt. Quod
& inſignis Ferrarienſis Poeta imitatus, verbis Italicis mirificè expreſſit[q]. q Lud. Ar-
Non negauerim tamen, quin pro dictione, ſaltim, paulò plus addito rio. cant. 10.
plerunque ſtare poſsit, vt eſt illud Virgil. ſine indignatione Ilioneum lo-
quentem inducentis:

Si genus humanum & mortalia temnitis arma,
At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.

Habet enim hæc loquutio inſitam emphaſim quandã admonendi, quo- 14
dam cum ſpiritu expreſſam, quam conſiderare potius quàm exprimere li-
cet, longéque facilius quàm nos, Roſcius ille Ciceronis geſtu & vultu ac
voce pronunciando eius vim ac energiam oſtentaret. Sic ſimile licet ex eo 15
perſpicere cùm orator ille inducit Roſciũ dictionibus interruptis vtentẽ.

Ecquid video? ferro ſeptus poſſides ſedes ſacras[r]. r Cic. de O-
Quid petam præſidij? rat.
O pater, ô patria, ô Priami domus.

Dum prima verba diceret Roſcius, eodem authore referente, inſidebat,
aſpiciebat, admirabatur, ſtupeſcebat, ſecũda quàm leniter, quàm remiſsè,
quàm non actuosè pronunciabat, in poſtremis verò tota actione cõmo-
uebatur. Erat itaque (vt ab Oratore diſcedam, & ad Poetam reuertar) orã-
ti apud Didonem Ilioneo illa dictio, At, actioni ad hortandum & excitã-
dum multò plusquàm vox ſaltim apta, & ideò illam tanquam magis ido-
neam elegit Poeta. Quò fit, vt qui ſimpliciter pro ſaltim interpretantur,
errore quàm manifeſto prolabãtur. Sed, vt quaſi domũ reuertẽtes, riuos
claudamus, Iurec. hîc in principio petitione ab actore propoſita, quaſi eo
dẽ in genere loqui perſeuerás exactionis ſcilicet petitione cõſecuta iudi-
cati (vt ita dicã) factione, i. exactione liberari Seij debitorẽ affert. Sic & Ci 16
cero fœlicitatis genere retento, námq; pro illa ipſa conſequenda, & cor- ſ Tiraq. de
poris & animi bona Peripateticorum ſententia concurrere debent[ſ], mor nobilitate.
tale genus accuſans, hanc dictionem eleganter interſerit, quum ait: cap. 25. nu.

Nemo quòd bonus vir eſſet, gratias diis vnquam egit, 9. arg. l. no-
At quòd diues, at quòd honoratus. biliores. C.
de comm. & mercator.

Sed ad facti ſpeciem veniamus. Proponebatur ſi decem fuerit Sempronius à Titio ſtipulatus, deinceps à Seio quominus à Titio conſequi poſſet. Secundæ huius ſtipulationis quiſnam exitus eſſet, & ex prima reſponſi parte de cuius diuiſione ac declaratione ſummatim egimus, tres oriuntur, nemine interpretum refragante, deciſiones, quas abs re non erit (quò ſubtilius omnia perſcrutemini) in dubiu reuocari. Primo igitur teſricandam erit, verum contra Titium petitione propoſita, nondum iudicati factione ſecuta Seius ſubſidiarius ſponſor liberationem cóſequatur. Secundò an ex ratione à Iureconſulto propoſita ea ſit notatu digna con-
t l. ſi quando cluſio colligenda, de qua alibi plenius ſcriptitatum eſt, quòd contrahen-
in prin. ff. de tium verba ita interpretari debent, vt vim, effectúmque ſuum obtineant.
leg. 1. Dec. Tertia erit controuerſia, ſi Titius iudicatum fecerit, an vltra Seius tenea-
hic in 3. not. tur. In ſecunda primi reſponſi parte alias colligemus dubitationes, cùm de ea agemus. Nunc autem de tribus propoſitis diſtinctim prius dicere in animo eſt, dum tamen anteaquàm id aggrediar, pro faciliori declaratione, liceat contra totum legis contextum aliquantulum concertare. Pro-
17 lixitatis igitur, ac ſuperfluitatis Pandectarum compilatores vitio notandos propono ex veteri illa, & peruagata ſententia, nihil in iure perperam
u l. 2. c. de vet. iur. enu. §. quibus. poſitum, nullum reperiri ſuperfluum [v], quaſi ſecus ſi quid comperiretur, non eſſe vitio cariturum. Manifeſtè autem ſuperuacaneum hoc deprehédetur, quando eadem quæ per Celſum hypotheſis facti depingitur, & iu-
x d. l. decem. ris theſis affertur eędem apud Paulum & Papinianum [x] tractatę in eiſdem
& d. l. ſi decé Pandectis conſpiciuntur. Sed hæc Pelias haſta aduerſus legum compoſitores amentata verſa cuſpide medelam afferet. Siquidem ea Iuſtiniani cóteſtatio locum habebit, ſi ex alia perſimili lege nihil penitus noui perfe-
z d. l. ſi decé. ratur. Sed ſi Pauli [z] primùm verba expendantur cùm ait, *ſi decem petieris à Titio, non tamen abſoluitur Seius: quid enim ſi condemnatus Titius nihil facere poteſt?* Ex his aliquid differens perferri animo adhibito intelligetur. loquitur enim Paulus non ſolùm de petitione aduerſus Titium, verumetiam de illius condemnatione, quod Celſus non proſequitur. Item ſubiungit Paulus, *ſed ſi cum Seio prius egeris, Titius in nullam partem liberabitur.* Ea ſermonis ad conueniendum antea Seium conuerſio clarior, ac expeditior eſt, quàm hæc Celſi, cuius verba perplexa adeò apparent vt neſciát ſcriptores quid
a in d. l. dece ſibi ille voluerit, pro certo affirmare. Papiniani [a] verò oppoſita doctrina, quàm latiùs pateat, & tanquam vberior doctrinæ fons redundet, negari non poteſt. plura enim quàm Celſus complectitur, pluribúſque argumétis ac rationibus abundat. Verùm ad propoſitas dubitationes reuolemus, contra primam Celſi ſententiam, qua petitione contra Titium propoſita
b in l. 2. ff. de Seium minimè abſolui dicitur. Iulianus [b] acriter prima fronte pugnat cũ
duobus reis. petitione in alterum ex duobus reis propoſita, alterum liberari reſpódet, Titium autem & Seium ſtipulationis obligatione ad eandem rem pręſtádam deuinctos, quis Modeſtini [c] doctrinã conſpicatus duos eſſe promit-
c in l. 1. ff. de duobus reis. tendi reos non dicet? Eleuanda eiuſmodi obiectio in primis erit: nequaquam autem verò cohæret, duos hîc reos in ſolidum apparere, de quibus

Iulianum

Iulianum in ſpecie loqui certum eſt, verùm illud tractat, alterum in principali, alterum in obligatione quadam ſubſidiaria fuiſſe obſtrictos, vt quominus à Titio ſtipulator conſequeretur, ſarciret promiſſor Seius, fidemque pro Titio liberaret. Deinde cenſeo animaduertẽdum dictionem illam petitione, à Iuliano vſurpatã, non ita (vt exiſtimãt) pro ſimplici quadam ſine fructu conuentione fore accipiendam, ſed pro frugifera ac vtili ſatisfactione: docet alterius obiectio exempli ab eodem Iurec. cõiunctim 18
euulgati, dum inibi ſubiicit: *Petitione vel acceptilatione correum liberari.* Enimuerò nemo eſt qui neſciat acceptilationẽ præſertim Aquilianam ſummũ afferre liberationis compendium. Quapropter vti cõparatio à ſimilibus, ac penè in omnibus perſimilis habenda eſt [d], ita duarum illarum vocum coniunctio interpretanda, vtórque Accurſij [e] auctoritate qui petitionis dictionem nonnunquã declarare ita viſus eſt. Tertiò electi debitoris pręſumptio nonnihil dubitationis aggerat, quòd ab eo Titio ſtipulator petere incœpiſſet, quem porrò nihil quicquam aut non integrũ præſtare poſſe, ſcire, prouideréque deberet [f]. Siquidem cõmunis ac peruulgata ſententia eſt: *Qui cum alio contrahit, vel eſt, vel eſſe debet non ignarus conditionis eius cũ quo contrahit.* Neque ſanè contractus, neque quaſi cõtractus tempore, qui in accipiendo iudicio conſtitit [g], debet, vel præſumitur ignorare. Quare 19
agendo elegiſſe alterum, ſéq; ab altero debitore abdicaſſe putãdus erit [h]? Hæc autem argumentatio nõnullis prima facie exotica videri poterit: ſed ſi animum ad ſimilem dubitandi rationem in Vlpiani reſponſo [i] eminentẽ aduorterint, non talem exiſtimabunt. Ait ille: *Si penes duos res depoſita ſit, aduerſus vnumquemque eorum agi poterit, nec liberabitur alter, ſi cum altero agatur, non enim electione ſed ſolutione liberantur.* Sed hæc ipſa electionis ſuſpicio omnis ibidem ab eodem auctore abluitur. *Non enim* (inquit) *electione, ſed ſolutione liberantur.* Ego itidem eam rem veſtigans atque perquirens contemplabar aliquam eſſe electionem, ſed non ius per ſtipulationem quæſitum re- 20
nunciandi animo intercedentem [l], ſed eò ſpectantem, vt prius cum primo magis (vt iuris eſt) quàm cũ ſubſidiario debitore experiri voluerit. Quod & locum habet, tametſi cum Titio fuerit litem creditor conteſtatus, ſicut non multo abſimili caſu in hæc verba Vlpianus [m] reſpondebat. *Solutione potius ex hac actione facta liberationem contineri non litis conteſtationem.* Quinctiam nec ſententiæ promulgatione, niſi executione facta liberatio conſe- 21
quetur. Solutionem ſanè exquirit ad liberandũ Vlpianus non iudiciarios euentus, quando creditor quodcũque aduerſus Titium debitorẽ fuerit in iudicio molitus, antequàm ad Seium deueniret, ſumma dictante ęquitate feciſſe videtur, ſi nouiſſimam Iuſtiniani de fideiuſ. conuen. [o] prouiſionem amplectemur, qua cauetur fideiuſſores, quorũ in numero noſter hic Seius communi arbitrio habetur, non poſſe conueniri, quàm infortunato cum principali re ſoluendo non exiſtenti, exitu liquido perſpecto. His igitur 22
paulò diligentius quàm cæteri faciunt exagitatis, & tanquam facibus excuſſis lux ſplendidius effulgebit, quæ manifeſtè (ni fallor) vobis oſtendet petitione aduerſus Titium propoſita, nequicquam Seium liberari: quia

[d] *l. in teſtamento. ff. de cond. & demon.*
[e] *l. 1 §. apud inver. electionem ff. depo.*
[f] *l. qui cum alio. ff. de regul. iur.*
[g] *l. ſi cui cum empto. ff de verb ſig.*
[h] *l. 2 §. eligere. ff. de tribut. act.*
[i] *in d. l. 1 §. apud ff. de poſſeſ.*
[l] *arg. l. quãnis. C. de vſuris.*
[m] *l. item. §. vlt. ff. de conſtit. pec.*
[o] *in aut. preſen. C. de fideiuſ.*

profectò celſa cũ rationeCelſus cõprobat,cùm inquit: *Alioquin nequicquã*
23 *mihi caueatur.* Quæ tametſi breuiſſima explicata ratio ac proinde ſubob-
ſcura ſit,experiar tamẽ,& dicã ego ſi potero plenius.Enimuerò cautũ di-
ci non poſſet,ſi Titius excuſſus demùm nõ eſſe ſoluẽdo appareret, & aliũ
promiſſorẽ in ſubſidiũ conuenire nõ daretur:quaſi Iurec.diceret: Ecquid
ergo verba illa in ſtipulatione concepta,videlicet, *quominus à Titio conſequi*
potero,niſi vt ſi vnquã vſu veniret vt ne Titius iudicatũ faceret , alter tene-
retur?Neque ſanè aliò contrahentes animũ intendebant,vnde quod actũ
k l.quotiẽs. ff. de verb. obli. l. ſemper in ſtipulat. ff de regul iur. — eſt vt planè in tuto ſit interpretandũ erit [k].Nonnulli tamẽ contradicendi
ſtudio clari,eo nomine Celſum de iuris prudẽtia optimè meritũ accuſare
nõ ſunt veriti,quòd rationẽ haud generalẽ (vt par erat)adiecerit.Inſimu-
lantiũ autẽ in numero Iaſ. & Deci.inaniter exultant,eámq; ineunt validã
(vt putãt)obiiciẽdi rationẽ.Quod petitionis exordiũ (auctore Paulo) ic-
l l ſi decem. ff. de ſol. — certito à Seio ſecundo promiſſore capi poſſit.Iurec .verba [l] ſunt hæc : *Sed*
ſi cum Seio prius egeris,&c. Ex quibus conſequi aſſerunt Seiũ ſecundũ pro-
miſſorẽ poſſe nonnunquã ante reũ conueniri,quódq; ita demùm recipiẽ-
dum erit,ſi notũ erit,atque apud omnes peruulgatũ,Titiũ liberare fidẽ nõ
24. poſſe:itaq; inutilis nõ erit(vt arbitrãtur)ſtipulatio,ſi cautus fuerit ſtipula-
tor,ne in deploratæ conditionis Titiũ priùs actionẽ intendat,at in Meuiũ
agat ſoluẽdo exiſtentẽ. Profectò ſi rẽ intenta ingenij acie cõtuentes exa-
m in d. l. ſi decem. — minemus,nihil impediet quin ab illorũ ſcriptorũ animaduerſione atque
accuſatione recedamus.Etenim Iulius Pau.eò loci [m] non ad notã manife-
n in l. ea q. e. C. de accuſ. — ſtámq; rei paupertatẽ,notoriámq; (vt Imp.[n] vtar vocabulo) & perquàm
omnibus vulgata reſpexit.Verùm quod ex facto(vt aiunt)aduerſus ſubſi-
diariũ debitorẽ actor antea controuerſiã intenderit. Cõtentus verò ſim-
25 plicitate,ruſticitate,aut quæ noſtræ tẽpeſtatis eſt calamitas,pactionis cõ-
o l. leges. C de legib. — ditionalis præſcriptionẽ iuris imperitia non propoſuerit.Neq; id porten-
tũ videri poterit,quòd tametſi iura ab omnibus ſciri debeant [o],& idcirco
ſcire omnes præſumantur,nihilominus non deſunt, qui nedum abſtruſas
iuris exceptiones cautionéſq; ab antiquis ſummis vigilijs excogitatas a-
gendo vel defendendo imprudenter prætereant , cùm in prõptu non ha-
beant.Verùm,proh dolor,iuris notitiã profeſſi ſummo ocio torpentes e-
tiam quę prima ſunt veriſſimæ huius philoſophiæ elementa non norunt:
noſtrã autem illã(ne mea longius à propoſito aberret oratio) interpreta-
tionẽ verã eſſe,hiſce Pauli Papinianíq; verbis cõſtabit. *Nec Meuius penden-*
te ſtipulationis conditione rectè poteſt conueniri. Planè ex his ſequitur, vt ſi Seius
qui ſecũdo loco quominus alter præſtaret,ſatisfacere promiſit , priùs cõ-
ueniatur non rectè.Verùm de facto,vt vulgò loquũtur, conueniri contin
26 get.Sic enim dictio rectè,pro ἀντίθετον,eius quod de facto paſsim apud ſcri
p in l. iuſte poßidet. ff. de acq. poſ. — ptores lectitatur [p].Adiiciuntur geminata præterea eodẽ loci nõ inele-
ter pro eadẽ ſententia verba hæc , *A Meuio enim ante Titiũ e[illegible]ſum nõ [illegible]e*
petetur. Verborũ autẽ gemina torũ vis ac poteſtas quãta ſit [illegible]emo eſt qui
27 q l. Caliſta. ff ad Treb. — neſciat. Quare & hoc ipſum & illud intueor,quòd duo illi permagni le-
gũ proceres Pap.& Pau.perſpicuis duobus modis quod paulò ante rela-
tũ,ſtatuerũt iuris ſubtilitate,cùm Meuiũ cõditione pẽdẽte in ius vocari nõ

poſſe dixerint. Deinceps quaſi ſub æquiſsimi præcepti forma principalē fore prius excutiendū edixerūt. Quāobrē cōſequēs eſt vt ſi aduerſus hāc ſtricti iuris rationē ſubiectiq; iuſſus æquitatem actū fuerit, vt de facto nō ritè aut rectè actū eſſe dicamus, neq; eiuſmodi interpretationi huius reſponſi verba aduerſabūtur quę talia ſunt: *Quominus à Titio cōſequi poteſt tēpore quo cū Seio meū iudiciū cœptū eſt*. Nā quia huiuſmodi prepoſteræ cōuētionis aduerſus Seiū proceſſus ante cœptū iudiciū inutilis erat, ideò cautè Iurec. recitata verba adiecit, quaſi tunc iudiciū perperā inſtitutū nō obiecta per Seium 28
exceptione[r], ſed litis cōteſtatione ſecuta cōſiſtere cœpiſſet: quaſi pactionis legē non obiicientes, ſed in lite perſeuerantes ab ea receſsiſſe videātur[ſ]. At reclamabūt cōtrariæ ſententię defenſores, cōmodioremq; ſuā eſſe interpretationē aſſeuerabūt, nimirū quòd noſter Cel. intellexerit prius ideò cū Seio fuiſſe actū, quòd neminē lateret Titiū reū non eſſe ſoluēdo[t], vel quia bonis ceſſiſſet, vel quia patrimoniū profudiſſet, fortunáſq; ſuas obligauiſſet, obliguriſſetque, vel quamobrē confiſcarētur in cauſa fuiſſet, vel ſeſe ad conueniendū difficilē reddidiſſet, vel quòd in tyrānidē ſe vēdicauerit, aut ſcholaſtis, aut alia priuilegiaria perſona eſſe incœperit[u]. Quibus & aliis ſimilib⁹ caſib. aduenientibus palāq;, & publicè notis agi prius cū Seio poſſet. Quocirca Celſi rationē nō eſſe generalē Dec. ac Iaſ. tradebāt. Sed quęſo diligēter animaduertatur quādocūq; hi plus æquo audaces, nō modò Celſū, verùm & Pau. & Pap. notaſſe videntur. Quippe qui eandē rationē licet diuer- 29
ſis verbis conceptā enunciātes cōmentati ſunt. Quod an verū ſit ex altero ſaltē cognoſcamus. Pau. ita inquit[x], *Etiam ſi decē petieris à Titio, non tamē abſoluitur Seius. Quid enim ſi condemnatus Titius nihil facere poteſt?* Quaſi diceret, tantū abeſt vt ob ſimplicē petitionē contra Titiū propoſitā Titius abſoluatur, vt nec ſecuta Titij condēnatione liberatio cōtingat: deinde paulò infrà idē ſubiicit: *Incertum quippe eſt, an omnino Seius debiturus ſit*: quaſi diceret, cùm cōditionalis hæc ſtipulatio ſit quominus à Titio exigatur, vt cōditio eueniat, opus ſit ante à Titio petere. Alioquin ſi per ſimplicē petitionē ius agēdi cōtra Seiū amitteretur, inutilis illa erit. Nā quia in re profutura eſt, ſi pugnantē haberet naturā? nimirū vt quò cū Seio agi poſsit diſpicere & agere prius oporteret, an Titius principalis reus ſoluat. Ex cōtrario verò vbi agi cœptū eſſet, illicò ius amplius agēdi cū Seio deficeret & expiraret. Sæpè enim reſcriptū eſt[y], vt ſtipulationes perplexas, vel cōtraria implicātes inutiles iudicādas. Quid ergo idoneū cōtra hāc rationē afferūt interpretes, cùm aſſerūt inutilē non futurā, ſi cū Seio agatur, iā Titio euidentiſsimè ad inopiā vergēte? cùm nō hęc ad rationē deciſio pertineat, aliā enim habet illa inſpectionē præſumptæ ſcilicet electionis in cōueniendo prius Titiu, quæ ab eo caſu lōgiſsimè abeſt, cùm nulla eſt ob manifeſtā decoctionē cōuentio cum Titio neceſſaria. Eſt & alterius quoq; rei notatio à nominatis ſcriptoribus propoſita, quàm variè copioſéq; exēplis eorū more locupletarūt, & indirectè verā eſſe aſſirmarunt, notoriā ſcilicet conueniendi Titiu difficultatē 30
efficere, adeò vt Seius poſſit quamprimùm ante aliu conueniri, ſed opinor nontam liberis habenis procededum fore. Etenim à maioribus acceptā, &

r *arg. l. liberum. ff. de fideiuſ.*
ſ *l. quamuis. C. de vſur.*
t *c. vlt. de cohab. cler.*
u *gl. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cog.*
x *in d. l. ſi decem. ff. de ſolut.*
y *l. Titij. generaliter. ff. de verb. obl.*

à conſultiſſimis iuris præceptoribus per manus traditam ſententiam frequenter legi, foríque vſu vidi ſæpenumero comprobari. In iis videlicet quæ manifeſtam euidentémque cauſam aut probationẽ haberent, adhuc
31 quo paulò magis res innoteſcat, neminíque iuris colore iniuria affici, aut fraude circumueniri poſsit, decretum ea de re more maiorum, ſummatim tamen per iudicem interponendum [z] deſiderari. Quòd ſi quis fortaſſe caſus extiterit, qui ſibi id non poſtulet, proculdubio cenſendam huic de quo agimus, non fore comparandum: ſiquidem in ſtipulatione verſamur, cuius natura quam ſtrictam rationem exquirat, non ex generalibus dũtaxat regulis quiuis intelliget. Sed Papi.[a] loco ſupra citato acutè pro eius ingenio intuens in eadẽ propoſita ſpecie animaduertiſſe putãdus eſt, cùm vim conditionis contẽplatus, quò ea locum habeat prius excutiendũ principalẽ docet, à qua traditione tum ob eius ſingularẽ auctoritatem, tum ob conditionis requiſita, quæ ad vnguem explenda eſſe maiores noſtri [b] memoriæ prodiderunt: præterquàm ſi permagna iuſtáque de cauſa deflectere neceſsitas cogat. Sicut eius generis ſunt quæ à Bartolo & cæteris poſterioribus de tyrannide vel aliis notoriis impedimentis proponuntur, non adeò tamen eorum tanta habẽda ratio eſt, quin decreti perutilis (vt diximus) interponẽdi recordemur. Neque id Bartolus, neque plerique ex antiquis inficiantur, tametſi indiſtinctè loquantur, æquiſsimę cuius opinioni non repugnat, quod Aretinus ait in tyrannidis, vel alterius inſignis notorij veſtigatione ſatis eſſe ſi actor iudici probauerit, qui abſque alia decreti
32 particularis enunciatione ad vlteriora fore contra Seium procedendum (quæ vſitata ſunt noſtri temporis verba) fuerit interlocutus. Ad hæc aliud nequeo ſilentio præterire, quod ad Decij defenſionem ſpectabit, & æquũ eſt, vt quem in erratis notandũ eſſe putaui, in his quæ rectè loquutus eſt contra iniquè mordentes defenſoris partes obeam. Dixerat clariſſimus ille interpres obiter, tam Pandectarũ, quàm imperiali iure fideiuſſorem ante reum poſſe conueniri. At iuris peregrinus à quibuſdam leguleis reputatus eſt, quod Sceuolam [c] non viderit contrarium apertè, vt ia-
33 ctabant his verbis edocentem: *Fideiuſſor antequàm reus debeat, conueniri non poteſt*. Non vident miſeri ſe in puluerẽ flare? quæ ſi aduerſus eorũ oculos redũdet, riſum meritò moueatis amici. Non enim ordinẽ perſequẽdi Sebidius conſectatur, verùm ius debiti: perinde ac diceret moleſtari fideiuſſorẽ non poſſe, quouſque certũ exploratúmq; ſit promiſſorẽ reũ debere. Potuit enim ille ſub cõditione obligatus eſſe [d], potuit & ad incertã diem, vel ambiguo dubióq; ſermone qui declarationẽ expectaret fortaſsis obligatio cõcepta eſt [e]. In ea igitur ſpecie ſimiliſq; generis loquitur Sceuola. Quare nullũ Lancelloti ſentẽtiæ negociũ faciunt: éſtq; abſque dubio [f] axioma indubitatũ, ſi diuos Seuer. & Antonin. audiamus hoc ipſum expreſsim Maximo reſcribentes, poſt quos Imp. noſter [g] laudabili quadã æquitate mot⁹ in melius id reformauit, & nouiſsimè ſanciuit nõ ante fideiuſſorẽ infeſtandũ, quam cõtra principalẽ reu periculũ fieret, quam tamẽ
34 ſanctionem communis creditorum praxis noſtra tempeſtate quæ ferrea

z l. ea quæ cum not. C. de accuſ. Bal. in l. ſi quis ma C. de tranſact.
a in d. l. decẽ
b l. Herennius. l. Publius. ff. de cond. & demonſtr.
c in l. fideiuſ. ante ff. de fideiuſ.
d l. Græce. § illud. ff. de fideiuſ.
e arg. l. 1. ff de reb. dub.
f in l. 3. C. de fideiuſ.
g aut. præſentes. C. de fideiuſ.

eſt, clauſulis, & nexibus qui Protheum poſſent deuincire: ſolet refugere,
& fideiuſſorem in pari obligatione conſtituere, ſexcentiſque nodis, & ca- *h in Tract.*
thenis nectere. vt celebris memoriæ Anton. Maſſa. Roman. noſter, olim *de obl. inſin.*
amicus eleganter, ac fuſè deſcripſit. hæc ipſe, & multa alia dicebam quò
tenebras à leguleorum ingeniis fugarem, lucémque reducerem. At illi o-
pinionem, quam animo conceperant, pertinaciter defenſitantes, ne om-
nes eorum nugas reponam, hac rurſus nullius põderis replicatione inſta-
bant. Cur Celſus vnus ex antiqui iuris conditoribus hæſitaſſe hac in re vi-
deretur, nec apertè rẽ aperuiſſet, an arbitrio creditoris vel Titius, vel Seius
primum poſſit in ius vocari? Cur deinceps tam apertè Papin. explicuerit
non fore priùs actionem aduerſus Seium intendendam, quàm Titius ex
cuteretur, tacitæque pariter obiectioni reſpondebant. Negari ſcilicet nõ
poſſe, quin Seius licet ſuppoſitus fideiuſſor dici queat; ſiquidem & no-
minis ſignificatio quæ inde manat fidei tuæ eſſe iubet. Et verborum o-
bligationis ſolennitas qua debent fideiuſſores alligari, in vnum concur-
rant. reſpondebam non eſſe mirandum, quoniam ea verba (*quantominus à* 35
Titio conſequi poſſum) non vnum quendam afferrent tanquam in ſcenam o-
bligationis modum, ſed diuerſum conueniendi in iudicio ordinem, vt nõ
prius ad ſuffectum Seium deueniatur, quàm quantum à primo debitore
abradi poſſit, diſpiciatur, quodquidem verba illa, (conſequi poſſim, non
inaccuratè poſita apertè indicant. dictionis enim (conſequi) ſignificatio 36
generalem quidem vim habet, ſed mirificè tamen & quod actione perſe- *i inſt. de act.*
quimur, ſi conſequamur, accommodatur, vt ex definitione actionis per *in prin.*
Imper. noſtrum[i] traditæ facilè eſt intelligere. Tota verò illa clauſula *quo-
minus conſequi poſſim*, dictione (poſſim) cum primis perpenſa congruere vi-
detur in exigendo à primo ſtare per me non debere quin omn·m op.rá
atque induſtriam adhibeam, ſed quòd facultate deficiente, vel diffi.ulta-
te ob aduerſarij potentiam obſiſtente, quòd purè ab eo ſim ſtipulatus, me
non poſſe conſequi liqueat: quod ſi ſecus, culpæ adſcribi poſſe quam cre-
ditor in prænarrata exactione an præſtare debeat, infra latiùs diſſeretur.
Ex his igitur commonſtratum puto, cur in propoſita ſpecie de iure anti-
quo eiuſmodi fideiuſſor à conditione dependens, vt in cæteris fideiuſſo-
ribus facultas erat, à petitione priùs conueniri non poſſet, ſed ad propoſi-
ta multò antea redeamus. Primum exegimus. Secunda proinde inſpectio
erit, an quod Dec. poſt alios ex hoc reſponſo annotauit, commodè edu-
xerit? Nempe quod contractum verba ita ſunt interpretanda vt ar eius vo
cabulo, vt aliquid operetur Aphric. reſponſum[k] præter Pontificium[l] per
eundem allegatum, quin huic loco conueniat, non negauerim, eamque 37 *k in l. ſi quis*
annotationis in ſe veram eſſe ſententiam, verum ſummam conceŕni inter *do de leg. 1*
Celſi, & Aphric. ſpeciem differentiam. loquebatur enim ille ſi teſtator *l C ap. ſi pa-*
quæ viuus donaſſet, moriens legaret, ad inualidas donationes quò legatũ *pa de priuil.*
valiturum eſſet forent referenda: hic verò Celſus cauti onem iure valitu *in vi.*
ram proponebat, vt quominus Titius pręſtaret, Seius compleret vnde ne-
que talis que in altero legati caſu dubitatio erat, in hac Celſi emergebat

Omito pontificij iuris diſpunctionem, quando preſentis non eſt muneris
ad illud diuertere, ſed res ſubtilius quàm vt opinor, cæteri faciant, intuẽda
eſt. Celſus enim eius mentis fuit, vt nulla cõtra expreſſam cautionem ſit
interpretatio extrinſecus admittẽda, vt fuiſſet illa ſi per ſimplicẽ petitio-
38 nem contra Titium inſtitutam Titij obligationi renũciatum præſumere-
tur. vult enim verba vt ſonãt accipiantur, ne ſi ſecus fiat, inutilis reddatur
cautio quæ vtilitatis gratia interponebatur, quod eſt cõtrahẽtiũ intẽtioni
cõtrariũ. Eſt itaq; aliis verbis, & alio ſenſu annotatio quãinterpretes faciũt
hic conflanda. Nimirum vbi de contrahentium mẽte ex verbis appareat,
ſit omnis coniecturata interpretatio abiicienda: hæc autem ſententia per
nos ita collecta nõ diſplicet, quod recitato Aphricani reſpõſo adiuuetur.
nã ſiquò inutilia legata non fiãt, ad inutiles quoque actus referenda ſunt,
quantò magis ne fiat incongrua interpretatio ne inutilis obnitẽdum eſt?
Quod ſi a pari, id eſt à comparatis, vt ſcriptores hoc loci parum conſide-
rate faciut, ratiocinemur, nil moror, quin inuoluere, quàm euoluere iura
potius iudicemur, cui & illud accedit incommodi, quòd nõ ſit par cõtra-
ctuũ, & vltimarum voluntatum, in quorũ numero legatum eſt, vſquequa-
que argumentatio, vt nos in ſua regula[m] diximus. Quod ſi aliis, ex contra-
ctuum materie deſumptis vtamur exẽplis, vt eſt illud quod ab Angeli[n] do-
ctrina Dec. aduocauit, facilè aſſentior. Promiſerat locator durante loca-
39 tionis tẽpore inquilinum à locatis ædibus non expellere. conſtanter reſ-
pondendũ eſt. etiam ſi dominus ad vſum ſuum locationẽ velit infringere,
quò inquilinus ante dictã diẽ migretur, non eſſe audiendũ, idque ob Celſi
rationem, alioqui verborum inſertorum cautionem futilem fore[o]. At lo-
cator dicet, de iure hanc ſibi pro ſuo vſu reuocationẽ competere. Chereá
ille, ego Pamphilam commemorabo. idem námque dicendũ erat de credi-
tore, cui ſi cautionis verba, *Quominus &c.* non officerent, poterat ex libito
vel reũ, vel fideiuſſorem conuenire. Vbicunque igitur, vt paucis multa cõ-
plectar, cõuenire per ſimilem rationẽ, materie idonea patiẽte videbitis in
omnibus cõtractibus verborum interpoſitorum ſignificationẽ, ex quibus
mens deprehenditur ab interpretationibus deuiis acerrimè defenditote.
Nunc tempeſtiuũ eſt de tertia quæſtione verba facere, ſed paucis quoniá
indubitabilis eſſe videtur, expediam, nõnihil in ea ſcrupuli eſt, quod[p] Celſ.
40 Papinianúſque inuicẽ pugnare videãtur, ſiquidẽ alter apertiſſimè inquit.
At ſi iudicatum fecerit Titius nihil vltra Seius tenebitur. alter verò ait[q] *&* *ſol-
uente Titio non liberabitur Meuius, quia nec tenebatur cùm cõditio ſtipulationis defe-
cerit.* Cui ſententiæ illa Martiani lib. ſing. ad formulã hypothecarum con-
formatur, cùm ait. *Si ſub conditione debiti nomine obligata ſit hypotheca, dicendum
eſt ante conditionẽ non rectè agi, cùm nihil interim debeatur.* Ex quo ſi nihil iteri-
tim noſter hic Titius debebat, cur ſatisfactione per Titium preſtita Seius
vltra non teneri dicitur, quaſi ex contrario ſi iudicatum à Titio nõ eſſet
factum, Seius interim teneretur. Quod Papin. & Mart. inficiari videntur.
Sed vt diſſidium conciliemus, ſunt Celſi verba diligenter expendenda. nõ
enim inquit quod ante aduenientem conditionem teneatur Seius, ſed

m L. in teſtamento. ff. de reg. iur.
n In l. ædem C. loca.
o L. ſi ædem C. loca.
p In hac. l. noſtra.
q In l. decem ff de ver. ob l.

quod ſi Titius iudicatum fecerit, nihil vltra teneatur, quaſi diceret non
vltra, id eſt in futurum non teneatur: non quod de præterito teneretur,
verùm quia teneri poterat. nam adueniente conditione, id eſt Titio iu-
dicatum non faciente, inutilis obligatio, vtilis ad actionem efficitur, &
tanquam ex flore inualeſcentis actionis repente fructus erumpit, quod
Mart. ſic ibidem loquendo docet. *Sed ſi ſub conditionẽ debiti conditio euenerit,*
rurſus agere poterit. At noſtram hanc declarationem fortiſſimè oppugnari
ex Pap. verbis appatet [r] ita ſcribentis. *Sed & ſi decem petieris à Titio, Meuius* [r] *in d.l. deci.*
non erit ſolutus, niſi iudicatum Titius fecerit, & paulò infrà, *ideo nec Titio conuen-*
to Seius liberabitur. Ex ambabus autem clauſulis ſuadetur quod ſub condi-
tione debet, ſed ſolutio omnem ſanè obligationem tollit, vnde eſt conſe-
quens Meuium vel Titium ſub conditione debitores liberari, quod ta-
men eò loci idem Papin. vt paulò ſuprà retulimus, negat. video nihil a-
liud cõmodius afferti poſſe quàm ſi dixerimus verbum liberari maiorem
quandam ſignificandi vim habere, quàm ſoluere, quod ex Rubr. de libe- 41
ratione legatorum cognoſci poteſt. Eſt præterea quædam alia differen-
tia quòd qui verè obligatus eſt, propriè liberatus dicendus eſt. Qui verò
impropriè debitor erit, lato ſumpto vocabulo, non adueniente condi-
tione ſolutus dicetur, vt Papin. ait. vel vt Celſus, non vltra teneri. Quod
ſi ſoluere ad materiem aliquam puta pecunias, frumentum, & ſimilia ad- [s] *In l. libe-*
iungatur, paulò arctius quã liberatio accipietur, vt Alciat. docet. Neque *rationis ff. de*
mirandum erat quòd qui ſub conditionis incerto erat obligatus, libera- *verb. & rer.*
tus dici non poſſit: quoniam antequàm Titius excuteretur non erat obli- *ſig. facit. ſo-*
gatus. ſatisfactione verò per Titium facta, locus reliquus obligationi nul *lutam ff. de*
lus fuit. Quínã fiet itaque vt ibidem Papin. ait, vt Meuius liberatus exiſti- *ſolu.* 42
metur in quem nulla vnquã cecidit obligatio? Solutus autem rectius dici
poterit ob futuræ obligationis timorẽ. Nec ſolùm conditionalis debiti ſo
lutioni accõmodatur, ſed etiam ita ſoluta, & vaga (ſoluti) dictio eſt, vt qui-
cunque expeditus eſt, non liberatus, ſed ſolutus dicatur. Ciceronis hæc
verba in lib. de Claris oratoribus circunferuntur. *Solutus in explicandis ſen*
tenti   : Gellius verbis ſolutus: ſolutiſſimus in dicendo & acutiſſimus: à natura ad di-
cendum ſatis ſolutus, atque expeditus. Confiteor præterea ab altera dictionis
liberationis parte illi liberationi frequenter inſeruire, quæ ab altero pro-
ueniat, hominis ſcilicet miniſterio, vel quia liberando legetur, vel quia
debitum condonetur vel aliter creditoris indulgentia, aut alia diuerſa
ſatisfactione quis liberetur: quos modos, cùm eo vteretur Papinianus
verbo, reſpexiſſe ni fallor credendum eſt. Sed coanguſtare me ni-
mium quis dictionem hanc inſimulabit, à quo iure quidem reprehen-
derer, ſiquidem vltra ſignificare non poſſe affirmatem. At non renuo pa- 43
tere latiùs, vt interdum ſtrictiùs accipi contendo, nec nouum eſt in iure
vnum, vel alterum verbum modò intra breues ſignificationis concel-
los aſtringi, modò liberius perinde ac in latiorem ſignificationis cam- [t] *L. cũ l. ff.*
pum procurrere. [t] ſexcenta ſunt in tract. de verb. & rerum ſignificatione *de teſtam.*

44 loca, ibidémque doctiſſimus Alciat.[a] flos Italiæ, verum iuris enucleandi ac legum maieſtatis ornamentùm eleganter aduertit. Quod ſi cui emunctæ naris hæc non planè ſatisfacerent, cernet ea non tantum ex Iurec. ſed & ex linguæ Latinæ parente Cicerone[x] probari poſſe. Ait. *Cum à te non ſolum liberationem culpæ, ſed etiam errati veniam impetrauiſſent.* & *alibi*,[y] *reorum acerbiſſimæ damnationes. libidinoſiſſimæ liberationes*: ſed ne à iure decedamus, contēplandum eſt non ſine ſignificandi myſterio de ſolutionibus & libe-
45 rationibus conceptam eſſe rubricam (&) vtramque vocem per dictionē & interiectam quæ ſuapte natura inter diuerſa poni conſueuit, fuiſſe coniunctam. Quod Spiegellius in recognitione lexicon iuris, dum eiuſdem liberationis ſignificationem perquirit. quod eſt ante pedes non intuetur. namque ſi idem ſolutio, ac liberatio penitus ſignificarent, cur vtrunque ſuperuacaneè compilatores inculcaſſent? Quippe qui otioſum ac ſuperfluum tradendi modū ſæpenumero inculparunt, nihil temere ſe approbaturos cōteſtati. Rectius ergo is lexicon recognitor ſolutionis verbum latiſſimè patere animaduertit. Sed & multò rectius id præſtitiſſet, ſi ei veniſſet in mentem id de quo agimus, quod etiam debitores ſub conditione ea non adueniente ſoluti non impropriè dicuntur, tametſi nullo penè vinculo fuerint aſtricti, liberati verò propriè, qui alligati antea fuerunt, fidémque oppignerarunt quam liberare dicuntur debitores cùm ſoluunt, vel ſatisfaciunt. His præterea hærere perſuademur quòd liberi, & libertatis nomina ab eodem fonte manantia veram præcedentem ſeruitutem, non fictam demonſtrant. at vrgebitur denuo contrà ab exploratiſſima Iulij Pauli ſententia[a] hoc ipſum habenti. *Liberationis verbum eandem vim habet, quam ſolutionis.* Hoc niſi fallor temperandum erit, vt Accurſ.[b] ſapienter commentatus eſt, cùm ait, *Liberationis verbum eandem ſignificationē*
46 *habet, quam ſolutionis. hoc verum ſi te referas ad perſonam: Nam qui liberatus eſt, idē & abſolutus eſt, & è contrario. Item hoc verum quoad ſubſtantiam obligationis tollendam. nam ſic tollitur ſolutione, ſicut alia liberatione: ſecus ſi te referas ad qualitatem liberandi, nam alio modo poteſt quis quàm per ſolutionem liberari*[c]. Quod ſi Accurſ. particulariter hanc ex Papin. quam docuimus aſtrictam ſignificationem attigiſſet quod à vero debito liberatum à quocunque ſolutum dicitur,[d] nihil abſolutius tradi poſſet. Accurſiana verò deſtinctio à nullo, quem viderim improbata eſt, nec Alciat. ipſe qui in iure concinnè, atque eleganter explicando non minus quàm Cic. in oratoria arte defungenda primas obtinet, huic ſanè diſtinctioni vllo pacto aduerſatur. Habet ergo eandē vim liberationis verbum, quàm ſolutionis, hoc eſt ſi in genere accipiatur, ſed ſi minùs latè, erit aſtricta Papin. acceptio ſequenda quam ſtrictius verbum liberationis accipitur. Sed iam hæc pro ſcopulo contrarietatis vitando de ſolutione, & liberatione plura commodiori loco dixiſſe ſufficiat. Harum autem propoſitarum quæſtionum appendix illa eſſe videtur, vt cum de primo debitore antea diſcutiendo egerimus, ac alia traditioni ſubiecerimus, videamus an poſtquàm in ſtipulatione cum ſubſidiario debitore ſuppoſita illa inſint cōditioni verba. *Quanto minus à Titio*

conſequi

[a] Et in Tract. & in l. liberationis ff. de verb. ſig.
[x] Pro leg.
[y] Cic. in Piſon.
[z] In Rub. de iur. & fac. ign.

[a] L. liberationis ff. de verb. ſig.
[b] In l. ſolutionis ff. de ſolut.
[c] l. 4. §. pe. ff. de re iud.
[d] L. decē.

conſequi poterit. An ſi nihil à Titio fuerit creditor conſequutus, Seium totius debiti petitione poſſit adoriri? Duo mouent: primum eſt, ſi totũ creditum poſtuletur, ante omnia verborum interpretatio quæ Varroni excellentiſſimo Hoppero[e] referente hiſtoria dicitur, quæ cùm in omnibus primam obtineat, minimè tamen cuſtodietur. nam quantò minùs conſequitur quis ab alio, quod à primo abſtrahi, nequiuit, id ab alio conſequetur. Etenim dictio quantò, quæ non niſi ad quantitatẽ referri poteſt, minorem debito à prima ſolutam nullam habere ſignificationem videretur, quam omnino in ſtipulationibus ex amuſſi obſeruãdam eſſe omnes conueniunt. Nihil enim aliud eſt in ſtipulationibus, in municipalibus legibus, in priuilegiis, in odioſis, ac cæteris id generis ſtrictè verba aſſumi, niſi ne quid diminutũ, ne quid redundãs à naturali verbi ſignificatione admittatur.[x] Quare ex hac perſpectione ſi quid à Titio creditor nõ extorſerit, vt ad id quod minus erit contra Seium agat, ſi totũ ab eo petat, exceptione obligationis ex verbis non natæ, ac conditionis non purificatæ, per Seiũ repelli videbitur: & eò magis ſi Aretini[f] opinionem, cuius hîc Dec. reprehendendi ſtudio comminiſcitur, affectemur, qui ſubſidiarium debitorem à fideiuſſore diſtare ex verbis Papiniani[g] autumauit: qui eius generis fideiuſſores, quod à principali ſeruari non poſſet, promittentes, deſcribẽs ſuſcepiſſe potiùs fideiuſſorum onus, quàm fideiuſſores propriè conſtituere videtur. verba hæc ſunt. *Qui ſtipulanti promiſerunt ſe reddituros quod ab eo ſeruari non potuiſſet, placuit inter eos qui ſoluendo eſſent actionem reſidui diuidi, quod onus fideiuſſorum ſuſceptũ videretur.* Sed ad hæc Bald. quẽ Dec. probat, non inſubtiliter ſatisfecit, tametſi ſubtiliùs veſtigare multò potuiſſet id quod nos fuimus aliter commentati. Reſpondit vir ille admodum acutus, ſtipulationis præpoſita verba, quantò minus conditionem iniicientia, idem præ ſe ferre, ac ſi adiecta non extitiſſent, ſimpliciterque debitorem poſt Titium conueniendum fideiuſſorio nomine obtuliſſe[h]: verbáque predicta non ſecus fore accipienda, atque Vlp.[i] lib. xxix. ad edictũ accipit, quùm ait. *Si cuius dolo malo factum, quò minùs ita tribueretur, in eum tributoria datur. Minus enim tribuere videtur, etiam ſi nihil tributum eſt.* Quæ verba ſi vt præter Baldi & Dec. cogitatum intueor, in tributoria, quæ ſtricti iuris eſt actio, fuit interpretata, quominus idem in fideiuſſoria ſtipulatione agendum ſit, cauſam obſtare non video. Illud autem prætermittendũ non eſt, quod recitatum Vlp. reſponſum non iiſdem verbis loquitur. nam quominùs ait, non quanto minus. quare vt diuerſa videbũtur. At ceſſat dubiũ. Nam noſter hic Iurec. ideo quantominus dixit, quoniam cùm potiſſimum in hoc titulo de mutuo agatur, ad quantitatem in qua mutuũ ſolet conſiſtere, reſpexit. Papin. verò ſicut & alibi Paul. ad cuiuſcunque generis obligatarũ rerum contractum, vnde quoad effectum diſcrimen nullum idoneè conſtituetur, quando vel minus ſit ex quantitate, vel ex alicuius alterius rei ſubſtãtia, nihil differat. vnde ex hac diſpũctione, quod in quantitatis argumento vis reponebamus, fractum ac depulſum eſſe conſtabit. Reſtat ſolum vt diſpiciam an Aretin. rectè ſenſerit, cùm inter

Margin: 47 (at "ditum poſtuletur"); e *Lib. 1. de ant. iur. c. vlt.*; 48 (at "quitur quis ab alio"); 49 (at "ad id quod minus"); f *In l. huiuſmodi la 1. ff. de rer. obl.*; g *In l. pen. ff de fid. et.*; 50 (at "re videtur"); h *d. l. pen. ff. d. fid. iut.*; i *In l. illud §. ſocius ff. de trib. act.*; 51 (at "iuris eſt actio"); 52 (at "alicuius alterius"); 53 (at "in quantitatis argumento")

hũc ſubſidiarium debitorẽ,& conſtitutum fideiuſſorẽ magnam admodũ differentiam eſſe voluit: quoniam qui in ſubſidiũ ſoluat, conditionalis ſit debitor,& non fideiuſſor Papin. teſte dicitur. arguitur à Dec. quippe qui fideiuſſorem eſſe à diuiſione ibidem, vt mos eſt inter fideiuſſores admittenda ratiocinatur. Sed hęc parũ Aret. ſententiã offenderent, quinimo ad uerſus Deciũ ſuam rationẽ retorqueo. Quandoquidẽ ſi fideiuſſorum inſtar fit diuiſio. Ergo teſte Aretino ſentiret ſubſidiarios debitores nequaquam fideiuſſores nominandos. Quantò ſatius feciſſet Decius ſi animum ad Papiniani verba diligentiùs intendiſſet. vidiſset enim in fronte legis de quo quæritur, aperriſsimam eſse deciſionem. ita enim Iureconſultus ille exorditur. *Si fideiuſſores rem pupilli ſaluam &c.* Nuncupat itaque expreſsim fideiuſsores, qui tali ſub conditione, quæ diſputãdi nobis anſam præbet, promiſiſset. Nec obſtat, ſi replicatur, videri onus, fideiuſsorũ ſuſceptum Papinianum dicere. Nam dictio videretur non improprietatem, vt cum principio ſibi cõueniat denotandũ eſt. videretur enim pro aſpiceretur interpretandũ erit. Quæritur ſi creditor ex ſtipulatione per Celſum propoſita videlicet quãtò minus à Titio cõſequi poſſum, promitiſne Seij ſi tẽpeſtiuè à primo, qui poſtea defierit eſſe ſoluẽdo, nõ exegerit, Seius amplius

§ 4 ſuæ promiſſionis ſit obſtrictus. Modeſt.[k] fideiuſſoribus curatorũ, qui nõ abſimili curatione promiſerant, fauens reſpondit, nõ eſſe vtilẽ actionem temere in fideiuſſores dandam. Ex quo Aug. & Rom. quorum autoritatẽ Dec. conſectatur, idem in propoſita ſpecie reſpõdendum eſſe cenſuerũt: quibus & alij quoq; omnes Iaſ. atteſtante cõſenſerunt. Et ego ob grauiũ tot virorum iudicium non puto reſiliẽdum, tametſi ſi diſputationis armis certandum eſſet, allatũ Modeſtini reſponſum, in quo totus eſt eorũ opinionis neruus, poſſem cũ eminentiſſimi ingenij Raphaele, cuius Alex. cõminiſcitur,& ab eo diſſentit, effugere acproinde illi cõtradicere, dicerémq; aliam eſſe fideiuſsorũ pro tutoribus & curatoribus cauſam, quãdo tutores,& curatores neceſsariũ ſubeũt tutelę, & curæ munus: quo cũ congrauẽtur, faciliùs ab impetitionibus, ſi qua cauſa ſubſit, quã cæteri, vt qui in vno grauantur, ſentiant in alio ſe releuari, vt Alex. & Gord. Imp.[l] cõſtitutiones per Raphael. adductæ quã euidenter oſtentant. Sed quoniã video alia ratione huic Seio ſubſidiario debitori, ſi negligens in exigendo à reo creditor extiterit, ſuccurri debere, ne ampliùs teneatur, hac motus cõmuni adhæreo opinioni, nõ tamẽ vſque adeò vt indiſtinctè quaſi ouiũ ſaltantiũ exemplo cũ cæteris proſiliam. Moderandum etenim communẽ hãc opinionẽ nonnullis de cauſis putarẽ, vt exẽplis breuibus illuſtrabo, ſi prius tamen qua fuerim ratione in receptiſsimã opinionẽ inductus, recẽſuero. Porrò ſtipulationis interpoſitæ qualitas me ad id impulit. fuerat enim creditor quãtominùs ſeruare poſset, vel exigere à reo ſtipulat⁹: quę ſanè verba vbi ſemel exigere potuiſset, abſolutã recipere interpretationẽ videbãtur. Etenim ſi creditor exigere potuit & nõ exegit tempore opportuno, nónne Seij conueniendi conditio deficit? Intueórq; adeo hæc ipſa verba fuiſse à grauiſs. Iurec. animaduerſa,& eorũ permagnã habitã ratio-

[k] L. ſi fideiuſſores ff de fideiuſſ.

[l] l. 3. C. de p ob. & l. 1. de diuid. tut.

nem, vt eadē pene Papin. Paul. Celſ. & poſtremò Modeſt. expoſuerint. quod ſine myſterio non fuiſſe factum credendū eſt: hincq; eſt quod licèt ad Modeſt. reſponſi declarationē, quę à Raphael. & paulo ſuprà cōmemorauì, adinuenta ſunt, pulchrū ingenij ſpecimē præ ſe ferāt. non video tamē pro eo diffugiēdo, vt paulò infrà oſtēdā, ſcopulo neceſſaria extitiſſe, quādo ſtipulationis verba intruſam habēt inſitāmq; eiuſmodi intelligentiam, vt vbi potuerit exigere, & nō exegerit, ſed ſi ceſſauerit, ceſſet quoq; Seiū conueniēdi cōditio. Sed vnde diſceſſimus, redeamus. Opinionis indiſcretè receptæ, vbi nō fuerit à principali idoneo tēpore exactū à Titio liberari Seium, aſſecla eſſe nō poſsū. Quid enim, vt pollicitis exēplis ſatisfaciā, ſi quis reū ex ſtipulatione haberet obligatū, cui beneficiorū fortaſſe magnitudine eſſet deuinctus. Quid ſi cū parentibus quorū poteſtatē exuiſſet? Quid ſi cū vxore, vel quibuſuis aliis amoris, aut officij vinculo cōiūctis negotiū eſſet? Quid deniq; ſi veluti magni ingenij Hopper. de arte iur. lib. 3. faciundū plerunq; exiſtimauit, monitio aliqua actionis inſtitionem procederet? Interímque dum illa fit, ſicut olim dum conſiliū Romæ inibatur, Sagūtū expugnatum eſt, ita & debitoris facultates collapſę ſint? nūquid tam paratus, atque expeditus in agendo eſſe deberet [m]? Etenim ſi cū ſacco accinctū veniētem nullo iure coniunctū Iur. non cōmendauit. Quid ſi aduerſus benemerentes rigidè nimiū, & intēpeſtiuè, aut impudenter acturum videat, commēdabítne, an potius temeritatis notam inuret? Prudēter ſanè magis ni fallor, & diſtinctè rē quam noſtri interpretes fecerunt, excipio id ex modeſto Modeſtini reſpōſo[n], cùm ait: *non temere vtilem aduerſus fideiuſſores actionem inſtituendā*. Etquid enim aliud eſt nō temere ad agēdū proſilire, quā prudēter, iuſtâq; de cauſa ad actionē deuenire? Itaq; vt concludamus, ita demum ſequendū erit, quod ſcriptores vnanimiter comprobarunt, ſi denique nulla ex prædictis cauſis creditorē, quin ageret, impediuerit: quaquidem imminente non video tanquam negligentē damnandum, ſed potiùs tanquam modeſtiæ fines non excedentē commēdandum. Idque locum potiſsimùm habebit, ſi hæc ipſa ſubſidiarius debitor honeſta agendi impedimenta cùm promitteret, ignorauerit, alioqui fortaſſe indiſtincta relata opinio, poſtquàm communis eſt ſecundum ſe ferri ſententiam expoſceret. Aduerſus eam tamen vehementer opinionem Scæuolæ vrget reſpōſum [o], cùm inquit. *Si fideiuſſor creditori nunciauerit, vt debitorem ad ſoluendum pecuniam compellat, iſque ceſſauerit, an poſſit eum fideiuſſor doli mali exceptione ſummouere, reſpondit non poſſe*. Vnde ſequitur ex creditoris ceſſatione fideiuſſorum principali effecto non ſoluendo obligationis nexum minimè ſolutum eſſe. Cuius ſententiæ opinionem contrariam tū recenſuimus, tum approbauimus. Caſtrenſ. [p] præſtanti vir iudicio in hunc modum reſpondebat, aliam eſſe fideiuſſoris ſeſe ſimpliciter aſtringentis, vt recitato eſt in loco obligationū, aliā verò quę in ſubſidium concepta eſt. In prima enim ſpecie creditor proteſtationem fideiuſſoris poterat negligere: at ſubſidiarij debitoris neutiquā ſine diſpēdio. Eam affert huiuſce diſtinctionis deciſionē Caſtren. quod Pandectarum

[m] In l. quod diximus ff. de ſolutionib.

[n] In d. l. ſi fideiuſſor. ff. de fideiuſſ.

[o] l. ſi fideiuſſor creditori ff. de fideiuſ.

56

[p] In l. ſi fideiuſſores nu. 1

iure poſſet, ſi creditori placuiſſet etiã fideiuſſorem ante reum conueniẽ-
do adoriri. Quare mirandum non eſt ſi eiuſdem proteſtationi nulla ob-
temperãti neceſſitas imminet diuerſa cauſa eſt in altero, quiquidem ante
principalem excuſſum moleſtantem in iudicio actionem potuiſſet exce-
ptione repellere ex communi ſic declarata, aliterque quàm antea fuerit di
ſtincta ab obiectione defenſa opinione aliam deriuauit acutè nimiũ Bal.
in ſuæ ad hanc l. interpretationis principia deciſionem, quam aduerſus
Imol. & Raphael. omni contentione Alex. illorum magis æmulus quam
adamator, defendere conatus eſt: illa autem eiuſmodi eſt, quòd cùm iure
nouiſſimo non antea fore conueniendos, ſi fideiuſſoris ſancitum ſit, quã
57 fuerint principales excuſſi *q* dici conſtãter poſſit, negligentiam creditoris
q D. auct. præſenti C. de fideiuſſ. in exigendo non minus ſibi damnoſam futurã, quàm fideiuſſori proficuã,
quiquidem tametſi reus non ſoluendo fuerit effectus, nihil tamẽ vltra te-
58 nebitur, cùm negligentiæ vitium ſuperioris deciſionis argumento, & Mo
r In d.l. ſi fideiuſſor. deſt. *r* auctoritate agenti creditori poſſit exprobrari: Nec ratione carere A
lex. probat, quando fideiuſſores hodie accedentes ob nouiſſimam cõme-
moratam Iuſtiniani ſanctionem, poſtquàm priores conueniri nequeunt,
perinde obligati cenſeantur, atque illi ſolebant, qui quanto minus à reo
ſeruari poſſet expromittebant *s*. Nam quid aliud eſt, vt ait ille, non poſſe
s in d.l. decem ff. de ver. obl. ante reũ fideiuſſorem conueniri, quã in ſubſidiũ teneri? Plauſibilis prima
fronte hæc oratio videbatur, ſed ſi tẽ interius veſtigemus, aliud ſtatuendũ
puto, hæc enim comparatio quam ad præcedentẽ ſpeciem ſcriptores cõ-
ferunt, ſpecierum repoſitarũ natura diſsidente minimè cõſiſtit. Qui enim
quanto minus à reo conſequi poterit, ſtipulatur, non ſolũ ſibi proſpicien
do in ſubſidium, ſponſorẽ accipit, verũ & illud eidem hiſce verbis ſubſi-
diario debitori indicare videtur, nimirum vt quod per ſe fieri poſsit, à reo
conſequatur. ita enim verba illa, vt in alia quæſtione referebamus, inter-
pretanda ſunt: non vt Dec. & cæteri, qui verbum, poſſum, ad rei faculta-
tes referendũ penitus exiſtimabant: quod falſum eſſe loquendi modus in
perſona creditoris conatũ, atque, vt ita dicam, potentiam ſignificãs, aper-
tè oſtẽdit. Cũ ergo fuerit nominatim ad ſtipulatũ expreſſum, longè ſigni-
t L. 126. §. ſupereſt ff. de verb. obl. ficãtius eſſet, quàm quod tacitè ſubaudiunt ob nouiſsimam Iuſtiniani cõ-
ſtitutionem, idque porro res ipſa demonſtrat. Quis enim eſt, qui neſciat
ſtipulationis naturã talẽ eſſe *t*, vt quicquid non fuerit ea comprehenſum,
59 ſubaudiri non debeat. Quare fit, vt fideiuſſor nouiſsimo iure obligatus
extiterit, nequaquã negligẽtię dari creditori poſsit, quòd oportunè à reo
60 nõ exegerit, quãdo præſtare nõ ſpopõderat. Eſt enim illud euidẽtiſsimũ,
promittere aliquid expreſsim, & non promittere, repugnantiã inter ſe ha-
bere. in altera igitur ſtipulatione, de qua cum Celſo agimus, diligentiæ
promiſsionẽ in ſtipulationis inuolucro expreſsim, tametſi non nominã-
tim creditor comprehenderat, in pura verò fideiuſſoris obligatione iure
quoque nouiſsimo moderanda, neque nominatim, neque expreſsim, ne-
que alio quouis modo de diligentia in excutiẽdo dictum fuerat. At qui di
uerſas partes ſequuntur, obiiciẽt taciti & expreſsi eandem (vt aiũt) virtutẽ

eſſe.[u] fateor quidem vel cùm ſuapte natura res ita fert[x],vel cũ in eis mor- *u l.hæc ver-*
talium actibus verſamur, in quibus benignior ſoleat interpretatio reci- *b.a.ff de le-*
pi[y].Sed tantum abeſt,vt ea ipſa ſtipulationibus accõmodetur,vt quod in *gat.1.*
ore omniũ eſt,hęc verba Iur. protulerit. *Quicquid aſtringendæ obligationis* *x l.cũ quid.*
gratia actum eſt, id niſi palam verbis exprimatur omiſſum eſſe intelligendum eſt. *ff ſi cer. pe.*
Sed eiuſmodi Celſi reſponſum aduerſum me contorquebunt, méque in- *y l.in teſta-*
ciuilem eſſe hominem inſimulabunt, quòd reſponſi partem aduerſus me *mẽtis ff. de*
facientem conniuens omiſerim,cùm idem author in eiuſdem legis capite *reg.iur.*
ſubiicit:(*aut certè ſecundum promiſſorem interpretamur*)Ergo inquiet ſecundũ 61
fideiuſſorem: replicandum erit id quidem fore ita accipiendum ſi de ver-
borum interpretatione ageremus, quæ vni vel alteri ex contrahentibus
poſſet afferre emolumentum. Tunc enim (vt idem Celſus ſuggerit) quia
liberum fuit ſtipulatori verba latè concipere, contra ſtipulatorem acci-
pietur.At verò iure de quo agimus, nulla erat verborum ambigua mate-
ries,quæ alicuius interpretationis formam deſideraret. promiſerat enim
purè fideiuſſor.De negligentia verò creditoris nulla quidem ſyllaba,quã- 62
obrem non potuiſſet à Baldo,Alexãdro & cæteris cum ſponſore ſubſidia-
rio comparari. Ad hæc hiſce aliis rationibus noſtra confirmatur opinio:
vulgo enim in primis proditum eſt,fideiuſſorem (ſicut acceſſorij natura
deſcribitur)principali obligationi accedentem, illius identidem naturam
ſequi.At ſi reus dum facultatibus abundabat non fuerit per creditorem 63
moleſtatus,& ſi deinceps paupertatis infortunio affectus fuerit,rurſus &
ad pinguem fortunam redierit, creditori denuò agenti nõ poterit ita ob-
iicere[z].Amice,cur non fœlici & oportuno tempore me conueniſti?quod *z arg.l.ſi*
cùm neglexeris,iniquum eſt vt me impetas. Quemadmodum itaque ne- *plures §.ſi*
mo iudex inſolentem hanc debitoris vocem ęquis auribus audiret,ita nec *fideiuſſor.ff*
fideiuſſoris rationem præſcriptam auditurum exiſtimarem.Eſt & poſtre- *de fideiuſ.*
mò apud omnes ſcitũ, perſonalibus actionibus triginta annorum ſpatiũ
eſſe præfinitum. Quónam pacto erit igitur tolerandus fideiuſſor purè o-
bligatus, qui dum indiligenter creditorem quod alterum breuiori tem-
pore non conuenerit,quàm conueniendi facultas ſibi competeret reiice-
re contendit:cùm id nihil aliud ſit,quàm hominem latiori campo ſpatiã-
tem legibus ſibi conceſſo in angulum redigere. Quod nec principalis à
quo fideiuſſor dependet facere potuiſſet. Erúntne itaque membra capite
potentiora?In his præſertim quæ obligationis ſubſtantiã reſpiciunt.Qui-
bus rationibus maximum erit illud additamentum,quod ſolertis & acris
ingenij noſter auditor Ludouicus Floccardus Anneſiacenſis apud Vlpia-
num[a] contemplabatur,bona fideiuſſoris rei bonis aggregati ſolere, cùm *a in l.ſi plu-*
quæritur an reus ſit ſoluendo,néćne? Ex quo ſequitur nullam poſſe oppo *res. §. præ-*
ni negligentiam creditori qui reum non cõuenerit, quouſque idoneis fa- *terea. ls. 2.*
cultatibus fideiuſſor valet, dicebámque non obeſſe, ſi quis Vlpia.de fide- *ff. fideiuſ.* 64
iuſſore principali,déque ipſius fideiuſſione loqui diceret. quando eadem
ratio eſt in reo & fideiuſſore quę in principali fideiuſſore,& eiuſdem cau-
ſa promiſſore:cùm idem auctor aſſerat in ſequenti §.principalem fideiuſ-

ſorem loco rei eſſe,alterúmque fideiuſſoris partes obtinere in quam opinionem Baldus deſcendit [b],ſubſcribítque Ludo.Rom.[c] Nunc autem non obſtat quod ex contrario non inſubtiliter à Baldo afferebatur ex Modeſtini reſponſo, vel ex comparationis ratione. alterum enim totum ſuperiori rationum certamine compreſſum eſt,alterum verò ſubtiliſsimus Raphaël com.poſt Cynum & alios, à cuius inuentis Alexander nullatenus reſpondens, illotis(vt aiunt) manibus diſcedit. Addimus nos verò aliam non incongruam(ni fallor) diſſolutionem verborum conceptionem per Modeſtinum in ſtipulantium ore poſitorum expreſſam denotare diligentiam,conditionalémque efficere obligationem,quæ niſi ſuis fuerit omnibus numeris expleta,& ad ſcopum à creditore producta,deueniri ad fideiuſſorem antea nequeat, quæ à pura fideiuſſoris obligatione quàm longè abſit,neminem ſanè fugit. Incurrit & alia quoque dubitatio, an ſaltim ſi

b in l. mulier. in fi. C. de iur. dot.
c in cõſ 320.

65 purè fideiuſſores obligati creditori & tẽpeſtiuè agat, vel pignora diſtrahat,ſecundum Sceuolam [d] denunciauerit,is verò neglexerit,ceſſauerítve, an eiuſmodi non obſtante conteſtatione reo ad inopiam vergente adiri poterunt fideiuſſores,id quidem ex Pandectarũ iure [e] eleganti ratione expeditum eſt. Námq; cum eo iure tam fideiuſſor quàm reus ad creditoris arbitriũ nullo ordine obſeruato cõueniri poſſet,quodãmodo pro reo nomine duntaxat differenti,quoad effectũ habendus eſſet,eius non erat ſeſe

d l. ſi fideiuſſor creditori. ff. de fideiuſ.
e d l ſi fideiuſſor creditores.

66 tali denunciatione obligatione eximere, cui purè non ſub aliqua obligatione ſeſe ſubdiderat.Cõgruenter in hunc locũ cadit quod Bar.[f] & cęteri grauiſsimi interpretes conſcripſere:ſi duo rei debendi extiterint,alterque ad inopiã vergat,alter verò facultatibus abundet,legis conſiliũ [g] vſui eſſe non poſſit,quòd vergens ad inopiã conueniatur.Siquidem alter idoneus & diues ſit,identidẽ non abſimili argumento dicendũ eſt fideiuſſoris denunciationẽ(qua de re loquimur)nullius momenti eſſe, ſiquidẽ creditori parum intereſt,ſi reus facultatibus deficiat, quouſque alterum habeat ad quem decurrat,de iure Digeſtorũ hæc meherclè certiſſima ſunt. Cęterùm ſi quæſtionẽ ad ius nouiſsimũ applicemus,quo cautũ eſt [h] reum priùs fore conueniendũ,quàm fideiuſſorẽ,videbitur aliquod denunciationẽ pondus habere,ſi non nihil Bal. Alex.& cæteris in antecedẽti quæſtione fidei præſtemus.Sed ſi noſtram meliorẽ, quàm aliorum opinionem amplecti placeat,nihil quidem obeſſe ius nouiſsimũ dicendum erit, quandoquidẽ quòd rei debeant priuſquàm fideiuſſores conueniri ex humanitate & æquitate etiã ab antiquis conſiderata,& pleriſq; in caſibus obſeruata inductũ eſt,non vt aliquid iuris creditori detraheretur, quippe qui cùm alias

f in l. ſi mulier. C. de iure do. Alexand. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matrim.
g in d. l. ſi cõſtante.
h aut præſentes. C. de fideiuſ.

67 quamplures habeat ſibi fauẽtes leges, talem denunciationẽ non extimeſcet. Conuenire enim ante reũ debebit,vt Iuſtinia. iubet,cùm videlicet animo experiundi, atque agendi voluntas inceſſerit,vt ſi quando actionis arma aſſumere vellet,ea priùs in reũ quàm fideiuſſorẽ conuertat, atq; intra hos cancellos nouiſsimi Imp. noſtri ius fideiuſſoribus ſubueniẽs circunſcriptum eſt, non quòd latiùs patere beneficiũ fideiuſſoris debeat, vt quando ei placuerit creditorẽ obligationis dominũ ad pugnam compel-

lat. Quod ſi ſecus aſſeueremus, naturæ nedum, ſed & obligationis ordinē
peruertemus. Qui enim reus eſt fideiuſſor ſcilicet actor in actorē euadet,
quíque actor erat, quaſi victus poterit iure ſuo deiici, & fideiuſſoris arbi-
trio quaſi pendens eius denunciationi tenebitur obtemperare, obligatúſ-
que obligantē reddet obſtrictum, quodquidē in propoſita ſpecie nō eſſe
admittendū mirificè ſuadet, quod Floccardus meus ex iure pontificio de-
promebat, quo ſcriptū eſt à Grego. nono, Si is pro quo aliquis fideiuſſerit
bona ſua diſſipare incœperit, à fideiuſſore vt dilapidationi occurrat pote-
rit conueniri. Equidem fruſtra fideiuſſor eſſet ſollicitus, ſi negligētiæ no-
tam poſſet creditori imputare. Quare ante bonorum dilapidationem reū
non excuteret, & licet perſubtili eiuſmodi meditationi reſponderi poſſe
videretur, Gregor. Pontific. ad abundantem cautelam id fideiuſſori con-
ceſsiſſe, vel vbi ita faceret operæ pretium eſſe videat? Ecquid enim ſi cre-
ditor abeſſet? Quid ſi infans pupillus eſſet? Quid ſi tutorū vel curatorum
conſilio eſſet deſtitutus? Quid ſi principalis creditor in fata conceſsiſſet?
& hæredes nondū hæreditatem adire deliberaſſent? vel perſimile quoddā
aliud impedimentum enaſceretur, quo creditores cauſari poſſent, ſeque à
negligētiæ inculpatione purgarent? Obiectiones has omnes ſanè, & ple-
ráſque his ſimiles fateor ingenioſè poſſe excitari. At ſi legis ſententiam &
verba omni alia coniectura carentia, liquidóque ac purè pronunciata in-
tueamur, reliquū non eſſe cauillationi locū concernemus. Etenim in ge-
nere quæ promulgata ſunt, iamdudum vulgò traditū eſt non eſſe à gene- *i l. 1. ff de le-*
rali interpretatione abalienanda [i]. Si quis enim generi derogare velit in *gat. praeſt.*
toto iure noſtro ſcriptum eſt per ſpeciem id fieri poſſe [k], ſi priùs tamē ad- 68
moneamur ſpeciem non cōmentitiam, non imaginariā, ſed quaſi legibus *k l. in toto. ff*
eminentem, ac penè fulgētem quæ generi deroget, & ex ea parte quaſi lu- *de reg. iur*
men eius comminuat. Sed denique ſermonē hac de re claudamus. Auten.
conſtitutionis verba quam in præcedenti quæſtione ſcriptores tanquam
ſcopum ſibi propoſuêre, ſummopere ad hoc pertinent, quæ talia ſunt [l]. *l in aut. de fi*
Non permittitur interceſſorem conueniri priuſquàm reus inuentus eſt minus idoneus, *deiuſ.*
ſiue in totū, ſiue in partem. Ex quibus quid amplius moramur, quin omnino 69
dicamus nullam negligentiā poſſe creditori obtrudi? cui ius permittit e-
tiam poſt reū facultatibus collapſum poſſe in fideiuſſorē actionē dirige-
re, nec remediū denūciationis de qua diſputatur aliquod eidem adferunt.
Quòd ſi Iuſtin. fideiuſſori competere voluiſſet, cùm in ſua illa conſtitu-
tione nouiſsima nil quicquā præ oculis haberet, quàm vt fideiuſſori pro-
ſpiceret, proculdubiò ſicut vnū, ita & alterū auxiliū atq; cōſiliū pręſtitiſ-
ſet. Atqui ſiquidē non fecit niſi immemorē accuſare velimus, credendum
eſt denunciationis huiuſmodi facultatē atq; vim veterum patrū ſententia
profligatā noluiſſe in lucē reuocare. Eſt enim trita apud omnes ſentētia
expreſsi iuris correctionē nullatenus admittendā, quàm ſi expreſsim lite- 70
ris monimētíſve cōſignata ac conteſtata fuerit [m]. Quę cū ex ore Imp. Iuſt. *m l. præcipi-*
profluxerit, nō eſt cur aduerſus tā inſignē pręceptionē eiuſdē Imp. ius no- *mus, in fi. C.*
uiſsimū ad nō cōprehenſa, neq; eiuſdem mēte agitata velimus producere. *de appel.*

In verbis, ſed ſi cum Seio egero, quantumcunque eſt, quominus à Titio exigere potero, eo tempore quo iudicium inter me & Seium acceptum eſt, tantò minus à Titio poſtea petere potero. Repoſui ad vnguẽ verba omnia. ſiquidẽ in his tã veteres quàm recẽtes, tam eminẽtes, quàm claſsiarij ſcriptores explicãdis adlaborarũt: inter quos ſummã vt veritatẽ comperiret Alex. Imol. diligentiã adhibuit. Sed quò pura lux clarius fugatis tenebris affulgeat operę pretiũ erit antiquorũ priùs gloſſemata quaſi in albũ producere, quæ Acc.[n] breuiter referẽdo obſcurauit. Ab eius itaq; interpretatione ordiamur, explicat ille: *Sed ſi cum Seio egero*, id eſt, primò antequàm cum Titio agerẽ. Cui declarationi minimè Papinianus reſponſum [o] obſtare inquit, quo cauetur non priùs fore Seium conueniendum, quàm periculum cum Titio fecerit. Námque
71 in hac ſpecie per Celſum propoſita, indubitatum erat Titium minus ſoluendo eſſe. Inclamant omnes aduerſus Accurſij expoſitionem, hanc diuinatoriam eſſe, malúntque Bartolo adhærere, vt Iaſon & Paulus Caſtrẽſis faciunt. Quippe qui in ſuæ interpretationis calce teſtatum reliquerũt, excuſsionem principalis neceſſariò nempe deſiderari, niſi notorium eſſet reum vel non eſſe ſoluendo, vel ex actu difficilem, vt tyrannus erat ille in agro Piceno, cuius mẽtionem Bartolus facit. Verùm huic verſiculo qua-
72 drare illud mirificè poſſe aſſerunt. Creditorẽ principalis excuſsione prætermiſſa ad Seium agendo conuolaſſe, cúmque excuſsionis exceptionem minimè obieciſſe. Hæc ipſa dum ille dicit, hæc dum cæteri inconſultò cõprobant, ſe ſuis iaculis tranſuerberari minimè præcaueat. Etenim ſi Accurſiana interpretatio ideò refellitur, quòd diuinationi magis cohæreat, quàm vero, nónne eodem quoque vitio hæc ipſa adlaborabit? quinimò longè grauiori quòd ab eis proponitur, debitorem in excuſsionis exce-
73 ptione proponenda negligenter fuiſſe verſatum: ſiquidem præſumptiones ex contrario aliam acceptam iri interpretationem ſuadent, & hæc in cauſa ſunt rei, debitoríſque in primis natura, cuius ſemper proprium fuit latebras ac tenebras perquirere: iuris præſumptio Impp. omnibus edicẽtibus neminem quod iuris ignorantia teneatur licitè poſſe cauſari. Sciebat ergo reus hic ſubſidiarius excuſsionis ſibi exceptionem competere, & non allegauit? O fatuum debitorem, qui quę ante pedes haberet, ſibi profana non videret! O nimium proprij iuris ignarum, ſi ius ignorare liceret! O, vt Bartolo & cæteris plaudamus, non tam ignarum, quàm potius ſui iuris contemptorem. Sed quis in hoc falsò mihi applaudanti aſſenſum præſtabit? quando lippis atque tonſoribus vulgatum illud ſit: *Neminem ſuum iactare in iure præſumi?* At Bartolo & cæteris Accurſ. inſimulantibus armis, caſtríſque (vt aiunt) faueamus. vellem ſanè. Sed vt ad triarios, ſic ad
74 ſolam hanc rationem decurrendum erit, quòd non idcirco iuris ignarus ſubſidiarius debitor ſuſpectus haberi poterit, ſaltim in excuſsionis exceptione defungenda. Námque cùm leges ab omnibus ſciri debeant [p], id quidem de legibus non obſcuris, non ambiguis intelligendum erit, quẽadmodum in explicatione Pauliani reſponſi [q] dicebam. At iuris ſubtilitates plerunque grauiores fallunt, quod & Bartol. [r] aliquando contem-

n in glo. ſed cum Seio.

o in l. decem de verb. obl.

p l. leges. C de legib.

q in d. l. decem.

r in l. quod Nerua. ff. de po.

platus eſt. Vnde fortaſſe noſter hic Seius peritiæ non tam ſolertis erat, vt
ad ſcopum iuris eminentiſsimi collinearet, ſed hæc quoq; noua ſcriptorũ
defenſio inde claudicare apparebit, quòd tantùm abeſt vt excuſsionis be-
neficium in ſpecie de qua agimus ad ambigui ſubtiliſque iuris exploratio-
nem accedat, vt nullus ſit tanquam in ſcirpo nodus: quãdoquidem Seius
ſub conditione illa obligatus, quominus à Titio creditor conſequeretur,
ex re ipſa intelligebat etiam atque etiam naturali ratione dictante, neceſ-
ſariò in Seium actuto creditori incumbere, vt oſtenderet perquàm mani-
feſtè quod à Seio petiturus eſſet, à Titio minimè conſequi poſſe. quod va-
riis de cauſis & infortuniis poterat contigiſſe, vel ſummam ob impoten-
tiam, quæ facultatibus decedentibus mortales miſerè interdum fatigat: 75
vel ob ſummam potẽtiam, veluti, ſi reus fuiſſet à fortuna in altum elatus,
atque ita ſuperbiret, vt præ ſe nihili alios faceret, creditoréſque ludibrio
haberet, quæ res in tyrannos magnam ſolent incitare inuidiam, quã nullũ
grauius eis imminet tormentum, vt Horat. ait:

Inuidia Siculi non inuenêre tyranni
Maius tormentum.

Cùm itaque conueniri Seius minimè poſſet, niſi ſtipulationis ſubſtan-
tiæ priùs ſatisfactum ſit, quæ continebat Seium fore repoſiturum, quod à
Titio extorqueri non poſſet, profectò veriſimile eſt quòd tam propitium
exceptionis præſidium ignoranter præteruolaret. At dicet aliquis, Si con-
niuentibus oculis id Seius faceret, quò ſuo beneficio renunciaret, non vt
contenderet, ſed forſan quò creditori rem gratam faceret, nónne Barto-
lus & cæteri rectè ſenſerunt? Nequaquam. nam qui beneficę huius inten-
tionis erga actorem extitiſſet, fruſtrà Seium litem iniri, iudicium accipi,
quemadmodum hîc Iureconſultus ait, paſſus fuiſſet: cùm quod ſe debere
intelligebat, poterat quamprimùm iudiciarij certamine non expectato,
ſeque Titiúmque liberare. Ex his autem quàm valdè magis quàm Accur-
ſius faciat, ſcriptores alij ariolentur, nemo eſt qui non intelligat. Accur-
ſius enim rem magis veriſimilem attigit, tametſi nec mihi prorſus ſatisfa- 76
faciat, veriſimiliori (inquam) interpretatione vſus eſt: Quoniam cùm di-
xerit ideò prius actum fuiſse cum Seio, quia certum erat Titium non poſ-
ſe amplius præſtare [f]. Quæ rei certitudo, cùm per notorium, & ſimilibus
aliis modis poſset apparere, quid eſt, quod magis Accurſium quàm cæte-
ros diuinari affirmemus. Ego mehercle, ſi vnum vel alterum ex eorum in-
terpretamentis accipiendum eſſet, libentiùs Accurſium quàm ceteros aſ-
ſectarer. Sed quoniam amicus Plato, amicus Socrates, magis tamen veri-
tas amica eſſe debet, profectò neque vnius, neque alterius partis aſſecla
eſſe poſſum, ſi quando Celſi verba generalia admodum ſunt, & genera-
lem verborum vis atque poteſtas nequeat ſine ſumma cauſa & eui... uti
...ingi..., dicendum erit quòd hæc verba præ ſe ferant, quacunque via
cum Seio ageretur etiam excuſſo, vel non excuſſo Titio locum habeant. 77
nuſquam enim verbum aliquod conſpicitur, quod priùs cum Seio, quàm
cum Titio actũ fuerit, quod ſanè improuidè ſcriptores aliter aſſirmarũt,

f facit quod de magis veriſimilibus diſſerit Bal. in l. ſiue poſſidetis. propè finem. in verſic. item not. C. de prob. & l. 1 ff de lega. præſtan. & l. fide certo. C. de tranſact.

Námque ſi dixerimus priùs cum Seio actũ fuiſſe, quidnam impediet quin
tradita in hoc capite deciſio, hoc eſt, quanto minus valebat à Titio exigi
quantumcunque illud eſſet quod à Seio exegiſſet, tanto minùs à Titio pe-
ti poſſet, locum habeat? At Fulgo. fortaſſe repugnabit, qui dictionem *ſed*,
78 huic verſiculo initium danti acutè nimium intuebatur, quaſi ſuperiori
hypotheſi Celſo aduerſantem ſpecié ſubiiceret: ſed ſuæ ſubtilitatis ardor
refrixerit, ſi aſpicere moneatur non ſolùm dictionem (*ſed*) ſed ſubſequen-
79 tem aliam (*&*) concernere ac contueri. Cuius nemo poterit naturam ta-
lem eſſe inficiari, quòd non disiungat, ſed coniungat [u], & nedum verba,
ſed plerunque ſenſum. Fateor itaque vocem *ſed*, aduerſantis partes obire,
ſed alterius conſciæ dictionis miniſterio adeò moderari, vt non diuerſam
penitùs, ſed nõnihil diſsimilem ſpeciem inducat. Diſsimilitudo autem nõ
modica eſt, verùm ingens & notabilis. Dixerat enim Celſus in hæc verba:
At ſi iudicatum fecerit Titius, nihil vltra Seius tenebitur. Poſtmodum verò a-
liam ingreditur deciſionem, quæ quidem non habet in ſe illud, vt iudica-
tũ Titius fecerit, ſed vel nihil fecerat, vel pro parte tantũ, vel cum eo ne-
que actum, neque ab eo exactũ quicquam fuerat: ſed in Seium pro eo cõ-
ſequendo quod à Titio extorquere non poterat, actionis aculeus conuer-
ſus, vel quòd certum eſſet ex notorio abradi aliquid à Titio non poſſe, vel
quod Seius certitudinem hanc manibus palpare non curauerit: quò fit, vt
generaliter verſ. hic ſcriptoribus (eorum pace dicatur) concurientibus de-
beat intelligi, neq; nullo pacto reſtringi vel ante omnia, vel deinceps, vel
ex certo, vel ex incerto, vel propoſita, vel non propoſita excuſsionis ex-
ceptione per Seium, cum Seio actum fuerit. Quinimò ſi in genere hæc i-
pſa verba non eſſent interpretanda, ſed vna poſthabitis cæteris ſeligenda
interpretatio, illi hærere ſententiæ quod hîc priùs cum Titio actum eſſet.
Deinceps cum Seio ad id quominus à Titio conſequi potuiſſet, & ad h[…]
ipſam opinionem moueret me in primis Papin. [x] cùm ait: *A Meuio enim*
ante excuſſum Titium non petetur. Quocirca cùm ſententia illa veriſſima ſit,
niſi iuſtiſſima aliqua cauſa ab ea recedere nos cogat [y], cur ſi ſeſe nobis a-
liquis ex legibus locus offerat declarãdus (ſi verba patiantur) non potius
à regula, quàm ab exceptione explicatio aſſumenda. Iamdudum à Iurec.
80 cautum eſt, verborum vberem ac generalem ſignificationem non fore ſi-
ne ſumma vel expreſſa ratione moderãdam [z]. At hîc nulla ſanè cauſa im-
pedit quin ea ipſa verba: *Sed & ſi cum Seio egero*, intelligantur excuſſo priùs
principali [a]. Quare itaque erit ab ea diſcedẽdum indicant & ſuperiora &
inferiora. Dictum enim ſuprà fuerat, quando actum eſſet cum Titio,
ille iudicatum feciſſet, quinam ab ea ſatisfactione fructus conſequ[…]
tur, liberatio ſcilicet, vel moleſtiæ ſaltim ceſſatio, tam contra pri[…],
quàm ſecundum reum. Expoſcebat igitur ordo doctrinæ, vt videret[…],
quid ſi cum Titio actum eſſet, & iudicatum non feciſset, vel quia facul-
tates non ſufficerent, vel quia potentia nixus iniquè ſoluere reniteretur,
vel quòd partem (quando amplius non valeret) debiti perſoluiſſet, &
proinde creditor actionis arma aduerſus Seium moueret, & idcircò h[…]e

u ſ ſe Bar. in l ſi quis 2 §. verum ff. de rebus dub.

x in d. l. decè ff. de verbor. obl.

y arg. l. videamus. ff. de in lit. iur.

z l. 1. ff de legat. præſtand. l 1. ff. de vſu. alearum & articulo.

a arg. l. hæredem § & ſi not. ff. de teſtam.

verbis verſiculus hic conceptus eſt (vt paulò antè dixi), *Sed & ſi cum Seio*
quaſi perſonæ, diuerſitatem per dictionem *ſed* induceret, per dictionem ve-
rò(*&*)ſuperiorem contra Titium actum implicaret, quaſi auctor diceret,
Actum quidē erit interdum cōtra Titiū, ſed illo non prorſus ſatisfaciente
agetur etiā cum Seio. Comprobātur autem hæc ipſa, ex eo quòd non di-
catur cum Seio actum, priùs, vel antè. Hæ enim dictiones priùs quid o-
ſtendentes nuſquam apparent. Docuimus ſuperiorem contextum, do-
ctrinæque ordinem veritatem huius noſtræ ſententiæ indicare, & vt
iura iuribus concordentur, & ipſi regulæ ſpecies diſperſæ reſpondeant,
& cumprimis ex Papiniano principalem priùs excutiendum eſſe præci-
piente probauimus, à quo temerè minimè diſcedendum eſt, niſi aliud ap-
pareat. videamus quid ſequentia præ ſe ferant verba : *Quantumcunque eſt*,[b]
(Celſus ait) *quominus à Titio exigere potero eo tempore, quo iudicium inter me &*
Seium acceptum eſt. Nónne hæc ipſa verba propemodum ocioſa eſſent, ſi cū
Titio iudiciarium aliquod certamen ad finem exigendi inchoatum non
fuiſſet? Quid eſt enim minus à Titio exigere poſſe, niſi periculo cum eo
facto re vera ſentire non poſſe exigere? Exactionis enim vox, neſcio quid 81
plus habeat, quàm ſpontanea ſolutio, vel ſoluendi facultas. Exigere enim
dicimur propriè cùm quid ab alio extorquemus [c], tametſi latiùs patere
non inficier. Et ideò non ineleganter Andreas Alciatus[d], cùm de huius le-
gis interpretatione obiter loqueretur, hæc ipſa protulit verba: *Arbitror*
tamen poſſe me ab eo totum petere, dum tempore accepti iudicij, id eſt quo lis conteſta-
tur, excuſsionem fieri procurem, & per iudicis interlocutionem declarari quatenus
Titius ſoluendo ſit. Nam quantominus ſoluendo erit, tantò petitionem totius prius
præſtitam moderabor. Itaque à Seio conſequar, nec ideò in aliquo puniar, quòd à prin
cipio plus petierim. Suámque hanc ſententiam Celſus probare aſſerit [e]. Ex-
cuſſionem igitur antequàm à Seio conſequar, præceſsiſſe docet diuinus
penè ille interpres. Sed ex eo loco aliquis in me tanquam iaculus ex ar-
bore inuolabit, commendatiſsimi ſcilicet Alciati ſententiam merè non
congruere. Nam ſi acutè odoremur quæ ipſe dixit, præ ſe ferre ſane vi-
dentur non extitiſſe priùs cum Titio actum, at potius totius debiti peti-
tionem aduerſus Seium inſtitutam: & quoniā id fieri non poterat, namq;
nata non ſibi prius erat actio, quàm adueniente excuſsionis conditione [f].
Ideò de facto actionem propoſitā, ſi tempore accepti iudicij excuſsio fie-
ri procuretur non euaneſcere. Reſpondeo doctiſsimum Alciatum [g] non
ad eam ſpeciem Celſi reſponſum reſtringere, ſed ſententiam eò loci pro
poſitam ex Celſi authoritate probari poſſe autumaſſe. Id ita eſſe docet
permanifeſtè elegantiſsima ſua ad hanc legem interpretatio, in qua com-
munem ſecutus eſt opinionem longè ab hac ipſa reſtringenti (de qua lo-
quitur dicto in loco) diſcrepantem. Amplector itaque ſuam illam ſenten-
tiam tanquam ex ratione comprobatam, & ex vi verborum eductam, de
quibus interpretando agimus, nimirū quòd in his verbis: *Quominus à Titio* 82
exigere potero eo tepore quo iudiciū inter me & Seium acceptū eſt. Quidā præuie
excuſsionis iudex erūpat, quiquidē demum oſtendat cogitatu hic noſtrū

[b] l. non aliter. ff. de legat. 3. gl. in l. communi. de finitio. ff. de reg. iur.

[c] l. cum in ed. ff. ad l. iuliam pecu. l. fidei commiſſi § ſi rem. Bald. in l ſi fi. l. c. de fur.

[d] in l. ſi ita à te. in ver. debitur ff. de verb. ſign.

[e] in hac l. vlt.

[f] d. l. decem & l. cedere diem. ff. de verb. ſig.

[g] d. l. ſi ita à te.

perbellè poſſe defendi,ſcilicet cum Titio priùs fuiſſe actum,aut petitione
ſolenni,aut ſaltim ſummatim ſuper excuſſione bonorum cauſam cognitã
& demùm negocium non faceret, etiamſi petitione contra Seium inſti-
tuta excuſſio ante litem conteſtatam fieret, vt Alciat.ſentiebat. Cuius ta-
men reſtrictionem non probarem,niſi ſummæ eius authoritati permultũ
tribuerem. Námque non dicar egiſſe cum Seio, vſqueque excuſſio facta
ſit,cùm aliud ſit de facto petere, aliud actionem proponere. agere enim
dici non poſſumus niſi ius perſequendi in iudicio habeamus [h]. Cùm ita-
Celſus hæc verba pronunciet, (*Sed & ſi cum Seio egero,*) non de nuda iuris
adminiculo carente petione loqui: ſed de vera, legitimáque actione cre-

h vt in principio inſtitutionum de actionibus.

83 dendum eſt,quæ non niſi facta excuſſione competeret, quod contra Al-
ciati opinionẽ acerrimè pugnaret,niſi eum vt ſuprà defenderemus. Con-
cludamus itaque his paucis re tantopere fuſéque agitata, verba hæc ipſa
Celſi vel in genere fore intelligenda, quocunque ſcilicet modo fuerit a-
ctum cum Seio, vel excuſſione contra Titium, & petitione præcedente,
vel poſt,ante litem tamen conteſtatam, vel excuſsionis loco notoriè ſol-
uendo Titium minùs eſſe apparente, quæquidem res excuſsionis locum
ſecundum communem opinionem ingreditur,vel ſi ad ſpecies aliquas res
adducenda ac contrahenda ſit non inſubtiliter (vt ſuprà diximus) defen-
dendum erit verſiculi huius contextum oſtendere excuſsionem omnem
fuiſſe contra Titium priùs exagitatam, quàm actum cum Seio. Et hæc i-
pſa mea ſententia longè magis contextui eſt cõſentanea [i]. Altera verò ſu-
perior generalis opinio magis rationi & æquitati conſona. Quòd ſi po-
ſtremam hanc particularem intelligentiam amplectamur, priùs ſcilicet

i argu. l. ſi ſeruum. §. plurium. ff. ſi quis caut.

Titium fuiſſe excuſſum, quàm ridiculæ ſint antiquorum ſententiæ, Ac-
curſij,Azonis,Ioannis & Pici, quem damnat hîc Alciatus, nemo eſt qui
84 liquidò non ſit perſpecturus,cogniturúſque manifeſtè quàm vel graui in
errore verſentur poſteri omnes,qui ad eum ſcopum hac in re interpreta-
menta ſua direxerunt, vt hîc priùs actum eſſe cum Seio, quàm cum Titio
obſtinatè crediderint. Sed ſua irrationabili fruantur peruicacia, interim-
que nos ad pollicita exequenda regrediamur. Promiſimus Accurſium
commentarij ordinem hac in re ſequi,opiniones tamen tam ipſius,quàm
cæterorum quatenus à iure abhorreant, confutare. Proponit itaque in-
terpres ille opinatus in verſiculo hoc,*Sed & ſi*, Celſum creditorem agen-
tem inducere aduerſus Seium priuſquàm contra Titium,proponit,inquã
id fieri non poſſe ob Papiniani ſententiam [k] aliter dictautem,hoc eſt non
poſſe priùs Seium conuenire, quàm Titio excuſſo: propoſitæque obie-

k in l. decẽ. ff. de verb. oblig.

85 ctioni ita reſpondet, Papinianum eò loci intelligere quando dubium
eſſet,an ſoluendi facultatem Titius haberet: hîc verò certum eſſe Titium
ſoluendo non exiſtere. Hæc autem reſponſio tametſi à pleriſque non
immeritò damnetur, quòd nimis hanc deciſionem anguſtet: Quate-
nus tamen ad Papiniani reſponſum ſpectat, idonea ſanè eſt. Barto-
lus enim, & cæteri omnes apud eundem Iureconſultum teſtati ſunt, ex-
cuſsionem ita demùm aduerſus Seium deſiderari, niſi propalam mani-

feſtúmque ſit excuſſionem cum Titio exerceri non poſſe, vel ſi exerceatur, futilem futuram, ſiquidem vel facultatibus defectus ſit, vel Tyrannus, vel contentioſus, vel ſimilibus plerique aliis impedimẽtis ſeptus ſit, quod Alex. hic latè fuſéque tractat & cõſectatur: quin etiam hanc adeo ſolutionem comprobat, vt & idem de fideiuſſore dicendũ eſſe exiſtimet, qui cùm nouiſſimo iure[l] ante principalem reũ nequeat conueniri, nihilominus tamen ſi certum, ac notorium erit, vel ſoluendo non eſſe, vel difficilem exactu, ab eo quidem poterit exactio inchoari. Quæ res quibus accipienda ſit modis, vbi promiſſàm Accur. gloſſematis declarationem exoluero, paucis apertè quoad fieri poterit ſi tempus feret, oſtendam. Cùm itaque eius opinionis eſſet noſter Accurſ. quod hic certum erat reum facere non poſſe, facti ſpeciem opinioni ſuæ conformem ſtruit. Titiũ fuiſſe in decem puta obſtrictũ, ſed certũ erat eum non niſi quinque alia præſtare poſſe. Vnde creditor quinque alia reliqua dum à Scio petit, ſi Titius quæ habebat peſſundederit, haud propterea Seius in plura tenebitur. Verùm hanc deciſionem hac in lege minimè cõtineri affirmat. At vacillantem hunc interpretandi morem nemo vnquam probabit, tũ quòd vtile non ſit, tum quod κρίσιν nullum habeat. Etenim ſi quis reum interrogaſſet, ſi hoc ipſum legi non erat accommodatum exemplum, cur afferebat? quidnam ipſe reſpondiſſet? Credo equidem huius verſiculi perplexitate inuolutum, dum in medio interpretationis curſu conſiſteret, tanquam alterum Phaetonta terras è curru ſolis ſpectantem trepidaſſe. Quorſum ergo tendebat ſcribendi habenas Accurſius, ſi ſpecies hæc ad metam non hærebat? Docuit eloquentiæ pater[m] indecorum eſſe titubãter, & inconſtanter loqui, ſed multò magis verecundum erit quæ quaſi immortalitati commendare ſperantur, vacillationis, & inconſtantiæ notis ſuffuſa ſcripta edere. Sed longè abſurdius eſſet, ſi quod Florentinus interpres exempli loco adduxerat, deinde deciſum id non reperiri aſſeuerat, nouiſſimè comperiatur contrarium eſſe verius. Cynus enim de Symbaldis, quem Alex. hîc reiicit, nixus eſt oſtendere id percommodè ex hoc reſpõſo poſſe colligi, nimirum Seium ad quinque illa deperdita quæ Titius habebat, vbi ſolùm quinque ab eo fuerint requiſita, ampliùs conueniri non poſſe. Cyni ſententia tametſi his modis, quibus ipſe vtitur, quóſque Alex. recenſet, non probetur, in ſe non ideò minus vera eſt, tametſi Imol. reiiciat, & ſcilicet Acc. adhæreat, cæteríſq; communiter ſcriptoribus. Probo autẽ nouiſſimus quod illi reiecerunt, ſequendum eſſe tũ euidenter, tùm neceſſariò. Enimuero verba illa in reſponſo minimè torpent, quùm dicitur. *Quo minus à Titio exigere potero eo tempore quo iudicium inter me, & Seium acceptum eſt.* Nã qua de cauſa accepti iudicij Iurec. mentionem habuiſſet niſi vt eo tempore cõſtaret, quid à Scio peti deberet, quidque non peti. Nam ſi tenebatur ad id quominus Titius præſtare poſſet, & neceſſe erat antequam conueniretur, vt illud creditor & profiteretur, & propalaret, vel per excuſſionem vel per alios approbatos à commẽtariis vſus, puta notorij, & id generis ſimilium, vbi ſemel hoc declaratum

86 87

[l] Auth. præſen te l. de fideiuſ.

[m] Cic. ad her.

eſſet, nō poterat Seius vltra declarationem teneri. Alioqui huiuſce excuſ-
ſionis, vel declarationis nullus fuiſſet fructus, perperámque Cæſ. accepti
iudicij verba effûtiſſet: quod patrum prudentiæ, & grauitati, quàm pa-
88 rum, aut nihil penitus conueniat, paſſim inculcatur ex ea iuris ſententia,
quæ eſt,[n] *Nullum reperiri in iure verbum abſque ſummo myſterio expreſſum*. Cō-
gruentius itaque Accurſ. feciſſet, poſtquàm exemplum non incommodū
inuenerat, in eodem perſeueraſſet, vel ſilentio ſuam titubationem obruiſ-
ſet, rectiúſque Alex. & ſuo, & Cyni honori conſuluiſſet, ſi illius mei no-
minis interpretis intentionem ſaltim ſi non interpretationem adiuuiſſet.
Sed videamus poſtquàm Accur. & alij communiter eius opinionis fuere,
89 quòd alibi inductum exemplum diſſiniretur, quonam in loco id factum
ſit. Salic. vir alioqui grauiſſimus exiſtimauit eum apud Sceuol. li. 1. quęſt.
[o] tum apud Vlpian. li. 3. opinion.[p] & alibi probari. Sed ſi Sceuolæ doctri-
na eò loci pendatur, ab hac ſpecie longitiſſimè abeſt. Quando non de fi-
deiuſſore, non de ſubſidiario aliquo diſputatur, ſed de marito erga vxorē,
cuius gratia quę ibi excuſatio affertur, quòd à ſe non exegerit, dum facul-
tatibus idoneus eſſet, euidēter oſtēditur: nō ordinario iure, ſed priuilegia-
rio id receptū eſſe in matrimonij reuerentiam, vt id quantum fieri poſſet,
conueniretur, & eadem cauſa me modicum tempus in exactione aduer-
ſus ſe facienda, dum repudiatæ vxoris negotia gerebat, ſpectaretur, ſi la-
pſus poſteà ſit facultatibus. Vlpian. verò tantum abeſt, vt de ceſſatione
loquatur exigendi, de qua in exēplo agimus, vt de fortuitis caſibus, quos
humanū conſilium euitare non poteſt, ſpecies proponat, quas ſummope-
re ab hoc differre in dubium non veniet. Cùm itaque in caſſum Salic. ex-
empli huiuſmodi deciſionem perquiſiuerit, & non inueneritt, laudandus
admodum magnus ille vere interpres Alex. qui Modeſt. reſponſum[q] ap-
primè oportunum reperiuit. Recito verba rem vehementer explicantia.
Modeſt. ait. *Si fideiuſſores in id accepti ſunt, quòd à curatore ſeruari non poßit, &*
poſt impletam legitimam ætatem, tam ab ipſo curatore, quàm ab hæredibus eius ſolidum ſeruari potuerit, & ceſſante eo, qui pupillus fuit, ſoluendo eſſe deſierit, non teme-
re vtilem in fideiuſſores actionem competere. Ex his igitur verbis quis non fatea-
tur Accurſ. exemplum fuiſſe deciſum. Non defuere tamē qui Alex. æmu-
lantes aliam afferre interpretationem conati ſunt, quòd immò contra-
rium ex præſcriptis verbis ſenſus aduerteretur. Dum enim Modeſt. reſpō-
ſum ita claudit, *Non temere vtilem in fideiuſſores actionem competere*, affirma-
runt eam eſſe authoris illius mentem, quòd actio vtilis competeret no[illegible]
temere, eiuſmodíque contortam explicationem, ex alio Sceuolæ re[illegible]
90 ſo adiuuare[r] nitebantur, quòd diſſiniat nihil agere, fideiuſſorem quì [illegible]
beret, ſi facultatibus reus labatur, ſi creditori denuntiet, & induc[illegible]
tunum aduerſus reum agendi tempus, at inuidi. Ac contentioſi inte[illegible]
tes ab eo conatu deſiſtant, quando Scæuolæ ſpecies ab ea Modeſt. [illegible]
gè pluſquam opinione diſtat. Quippe qui de eo fideiuſſore loquatur, qui
conditione obſtrictus eſt, vt ſanciat quod ab altero ſeruari non po[illegible]

[n] in prima C ol. C onſti. cōmu. l. ſi quando. ff. de leg. 1.

[o] in l. diuortio ff. de neg. geſt. 2 reſpo.

[p] in l. 2 §. ex tempore. ff. de adminiſt. curato l. 1. § ſi magiſtrat. ff. de magiſt. conuen.

[q] l. 42. ff. de fideiuſſ.

[r] in l. 63 ff. de fideiuſſ.

At apud Scæuolam in genere, fideiuſſor obligatus effingitur, nulliſque conditionum terminis circumſcribitur, qui planè in omnem euentum obnoxius eſt, ſed ne volumen augmentemus, concludandum erit ſubſidiarium fideiuſſorem non in plus teneri, quàm quòd litem conteſtando ab eo petitum fuerit. Hoc ita tamen quòd cæteri non animaduertunt intelligendum erit, ſi ab eo fuerit petitum totum id quo minus à reo præſtari poſſet. Sed ſi fortaſſis ſubſidiarius debitor in ſummam puta ſeptem exactione facta, vel decreto præcedente, petita verò ab eo fuerint duntaxat quinque, & in his litis habita conteſtatio, non dubito, quin & reliqua duo petere valeat. Non enim is renunciaſſe intelligitur, quòd minus petierit. ſemper enim ad reliquam ſummam viuida remanet actio. Quæ res in tanta Labyrinthi perplexitate ſcrip. defatigatorum inconſulto abſque vlla diſtinctione è manibus excidere. Sed reuertamur ad ea quæ Accur. mouit Inquit igitur in ſuo gloſſemate: Quòd ſi Titius non haberet ex decem debitis, niſi quinque, & in aliis quinque Seium conueniam, à quo tamen extorquere non poſſim, non potero amplius ad conueniendum Titium redire. Vtitur comprobatione, & argumento ſimili deducto è diuo *Gord. ad Maxim. reſcribentis,* [f] *petitionem diuiſam contra fideiuſſores poſt litem conteſtatam redintegrari iuris ratione non pati.* Idem Accur. dicendum in propoſito videtur, ſed fallitur non meo tantùm, ſed communi cæterorum ſcriptitantium iudicio. Deſtat enim quam valde Gordiani ab hac deciſio. ibi enim diuiſio electa diſpendium affert. quoniam contemplor, vt idem Impe. ait, *Liberum fuit creditori antequàm lis aduerſus omnes fideiuſſores conteſtaretur, vnum eorum eligere.* At in Accurſ. exemplo neceſſitas imminebat, Seium relicto Titio ſoluendi facultatem tunc minimè habenti adoriri. Quare, vt vulgo ab omnibus traditum eſt, quæ renunciatio, quæ liberalis largitio poterit in hac imminenti neceſſitate præſumi? Repugnantia enim naturalis eſt inter neceſſitatem, & liberam voluntatem.[t] Hæc autem recitata opinio. vt Alexan. refert, ab Azon. prodiit. Qui ex hoc reſponſo in vltimis verbis erui congruè exiſtimauit, dum Iureconſultus ait. *Tanto minus à Titio petere poſtea poſſum*, hoc eſt illud minus non potero poſtea petere. Præteruolat Alexan. fundamenti Azonici partem. Quod quidem in hanc ſententiam facile ferebatur, litis conteſtatæ temporis mentionem Iureconſultum habuiſſe, quaſi illa eſſet in cauſa, vt adeo cum Seio iudicium acceptum intelligeretur, vt penè alterius conueniendi facultati ex eo renunciatum videretur. Huicque Accurſius pactionem duplicem inductam intelligebat, alteram quæ ad adiuuandum primum exemplum pertineat, vt de qua [in] Titium non conuenerat, cùm Seium in altera parte, puta quinque, [mo]leſtaret, tacitè pactus præſumatur id Seio condonaſſe. Alteram [vi]a non petendi à Titio, quod à Seio poſt litem conteſtatam conſequi non potero. Hanc autem antiquorum interpretum opinionem ſolus Fulgoſ. inter nouiſſimos alia ratione defendi poſſe demonſtrare nixus

91

f in l. liberū C de fideiu.

t l. rem leg. ff. de adimen. leg. & l. belle ff. de reg. iur.

eſt,vt pote vbi quamprimum Seius omiſſo Titio ſoluendo non exiſtenti
92 ti conueniatur, Titius nouatione quadam inducta liberetur, non tam ex conueniendi actu,quàm quòd ſtipulationis eueniſſet conditio, quæ erat vt quominus à Titio ſeruari poſſet, Seius teneretur. Noua enim perſona acceſſerat obligationi nouáque ſecundũ eum inſtituta cõditionalis obligatio videbatur.v Quapropter mirum nõ erat,ſi ad Titium actionem inſtaurandi præciſa poteſtas cenſeretur,hæc Fulgoſ.& longè plura, quibus ſuo illo fulmineo ingenio micat,tonat, fulminat. Sed moderatius Bal. Accurſ. ac Azonẽ defendebat, ita demum eorum opinionem ſectandam eſſe,quando ſcilicet actor ſciebat nihil ſe à Titio conſequi poſſe. Attamen dimidium à Titio,dimidium à Seio petiit. Quo caſu ſecundum Gordian. ſanctionem x de fideiuſſoribus loquentem paulò ſuprà recitatam diuiſio, & electio pœnitentia neutiquam reuocanda confecta apparebat. Poſſem & Bal. opinionem quòd ex eo quod diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerunt adiuuare. Hæc ſunt poſtrema conſtitutionis ad Modeſt. verba, *Quod nec tu ignoraſſe videris,cum creditoribus ſecundum formam veteris iuris pro portione tua caueris.* Ita & dicendum videretur, cùm creditor Titium ſoluẽdo eſſe non ignoraret, videri quaſi eum conueniendo cauiſſe, cum altero quòd Titium ſuo periculo elegiſſet. Argumentari præterea poſſe videmur ex eo quod iiſdem Imp. Proculo ſignificarunt y, eámque iuris communis beneficio non vtatur,vt eſt Falcidiæ præceptio eidem renunciaſſe credi. Sed hæc non pariter officient. Námque prima Imp. ſententia diuiſionis vulgatæ adminiculum eſt: Altera verò volũtati teſtatoris, & æquitati conformis. Ad quam reuertentes perfacilè à iuris rigore recedimus. Dixerim itaque Vlbadinam diſtinctionem plauſibilem prima fronte videri,ſed nihil probari non poteſt. Diuerſa enim Gordiani ſpecies eſt, illa enim fideiuſſorum obligatio erat ſimpliciter concepta, atque vt ita dicã, tanquam tabula raſa arg. ſimplicium,& collocatorum verborum à Cic. z propoſitum,quare quamlibet poterat imprimendam formam accipere, & quodcunque accidens accederet, imbibebat. At noſtra hæc cùm ſemel qualitatem inſeparabilem alio quàm per conuentionis modum accepiſſet nullam aliam illi aduerſantem admittere poterat. Nam à conditionis imperio regebatur, quæ erat vt qnanto minus ab altero præſtaretur,alter reponeret,vbicunque igitur vſque ad xxx.annos(quod perſonalium actionum tempus eſt)Titius non prẹſtitiſſet, niſi culpæ ſuæ adſcribi potuiſſet,proculdubio alter obligationis nexum non exuebat. Etenim is,cui centum debebantur, minus in iudicio poterit, pone quinquaginta non iccirco à reſtantis portionis debito cadit. a Cur itáque hac in ſpecie diuerſi iuris erit:Nam quod à Titio, quem ſoluendo eſſe neſciret,peteret, id ſane nullo damno Seium affici poterat:Quinimo ſi rectè perpẽdam, maiori quodam ſtudio vtebatur,quò minorem Seius quantitatem ſolueret creditori,ſi ab altero extorqueret.at ſciebat contrà(inquit)exigere nihil quicquam poſſe:demus.ſed dum in iudicio ageret, nonne aſſerret fortuna aliquo pacto interim effici ſoluendo potuiſſet? Equidem quemadmodum

v §. præterea inſti. quibus modis tollitur oblig.

x dict. l. liberum C. de fideiuſſ.

y ex l. 1. C. ad l. falcid.

z in oratore.

a vt per ſcript. in Titul. de plus pet. l.

modum mortalibus varij caſus imminent [b], ſic è conuerſo multi fœliciter inopinati euentus vna hora aduenire poſſunt, cùm omnium rerum, vt Ter. ille aiebat viciſſitudo ſit, & vulgò traditur, *b l. contractus ff. de reg. iur.*

Si fortuna volet, fies de conſule rhetor,
Si volet hac eadem, fies de rhetore conſul.

Quamobrem non erit hæc conuentio in diſpendium officioſi creditoris interpretanda, ſed gratiæ agendæ potius. Quibus accedit quod cùm de remittendo iure agatur, ac de celebranda largitione quem præterit in dubio donationem, ac iuris ſui remiſsionem præſumendam non eſſe [c]. Ceſſet itaque Baldus & quicunque alius ſuas partes ſequutus eſt, quando contra tot rationabiles cauſæ eius opinionem oppugnant. Sed redeamus ad Fulgoſium, an in antecedenti quæſtione rectè nouationis ſubtilitatem commentus ſit, dum vult gloſſæ opinionē amplexans ob præſumptá conuentionē contra Seiū de eo quod ab altero conſequi non poſſet, propoſita quaſi quadā ſubiecta nouatione, amplius Titium conueniri nō poſſe, & idcirco legem hanc Celſi quam interpretari conamur, hodie Iuſtiniani ſanctione [d] eſſe correctam, Alexan. Imolen. more ſuo Fulgoſij opinionem carpit, idque non inique, iuſtæ licet rationi non nitatur. Inquit enim ſibi diſplicere quoniam Fulgoſij excogitatio (vt ſuis verbis vtar) contextum violat: ſed violare verba, non eſt correctionem ingerere, ſed penitus euertere. Non enim Fulgoſius ſuam intelligentiam verbis huius reſponſi accommodabat, dum correctam legem eſſe dicebat. Secunda Alexandri ratio erit itidem parum faciens, quòd licet noua Seij perſona intercedat, cùm non minùs tamen ſecunda hęc, quàm prima ſtipulatio contineat, conſequens eſt nouationem non ſuccedere: non enim minus, vt paulò ſupra dicetur, continet. *c l. cùm de in dubio. ff. de prob.* *d l. vlt. C. de nouat.*

Quòd verò ad correctionem tametſi Alexand. [e] non reſpondeat, non video Iuſtinianū citato in hoc loco aliquid ad huius legis correctionem pertinens ſcribere. Nam licet ius antiquum corrigat, quo eiuſdem creditores, vt ille receſſet, nouationes inducebant, & perſimilem apud veteres caſuum nouationem aſſerere dicere videbantur. Attamen nō ita ſe rem habere ſi omnia illius verba hoc loci ante oculos reponamus perſpicue demonſtrabunt. Ita ſcribit Imperator noſter ad Senatùm: *Nouationum nocentia corrigentes volumina & veteris iuris ambiguitatem reſecantes, ſancimus vel aliquam perſonam adhibuerit, vel mutauerit, vel pignus acceperit, vel quantitatem augendam, vel minuendam eſſe crediderit, vel conditionem ſiue tempus addiderit, vel detraxerit, vel cautionem minorem acceperit, vel aliquid fecerit ex quo veteres iuris conditores introducebant nouationes nihil penitus priores cautelæ innouari ſed anteriora ſtare, niſi ipſi ſpecialiter remiſerint quidem priorem obligationem & hoc expreſſerint.* *e in l. vlt. C. de nouat.* 93

Ex his autem non corrigitur noſtra hæc lex, quoniam nulla fuit inducta nouatio, quoniam nunquam receſſum eſt à priori obligatione quod facere [illegible] quam Alexand. demonſtramus, non inducitur inquam, quoniam ex ipſius ſtipulationis ſubiectæ ſenſu id facile apparet, quæ non nouanda

animo, quam qualitatem antiquitùs intercedere oportebat, fiebat, ſed vt iam inita permaneret obligatio, quouſque Titius ſoluendo eſſet. Erant igitur duæ obligationes, altera principalis, altera ſubſidiaria, quarum altera etiam ſecundum iuris veteris ſtatuta non nouat, ſi verba ſingula conſtitutionis diligenter perpendantur. Nec obſtat ibi ſcriptum eſſe (*alienam perſonam adhibuerit*) quoniam intelligitur principaliter in obligatione [illegible] uinctum non in ſubſidium, vt hic noſter Seius eſt. Ratio vero Alexandri ſupra poſita[f] quę continebat ex Iuſtiniani Inſtitutionibus, quod Seij perſona intercedens nouationem non induceret, cùm minus ſecunda quàm prima ſtipulatio complectatur, non lędit Fulgoſium, quando is loquitur non ſecundum inſtitutum tempus, ſed ſecundum veteris iuris ſanctiones, quibus apparet nouationem ex diminuta etiam quantitate inductam fuiſſe. Rurſus & illud prorſus à vero alienum eſt, quod minus ſecunda, quam prima contineat. Nam ſi Titius in nihilo penitus ſoluendo ſit, integrum Seius perſoluet: & licet Titius ſoluendo ſit pro parte, & [illegible] minus ſit ſoluturus Seius, id tamen ex euentu non ex obligatione [illegible] ciſcitur, quæ integra eſt. Concludam itaque ex his Fulgoſium non bonis rationibus ab Alexandro repræhenſum, verumtamen haud euadere quin nouationem hoc loci inſtruendo ſomniaſſe videatur, preſertim quò [illegible] natio nunquam antiquitùs etiam ſecundum iuris veteris conditores [illegible] cta eſſe putabatur, niſi nouandi animus appareret expreſſus. Itaque [illegible] tandem opinione manendum eſt, vt dicamus nullam nouationem [illegible] cedere, ſed quandocunque exigere à Seio actor nequiuerit, id rurſus à Titio petere poſsit. Sed tempeſtiuum eſt vt redeamus ad antiquorum [illegible] matum expoſitionem. Dicebat Accurſius, vt ſuprà relatum eſt, [illegible] ctiones ex hoc contextu deprehendi, quarum poſtrema illa eſt, vt [illegible] Seium conuenerit, videatur quaſi alterius conueniendi facultati [illegible] ciaſſe, quod in legatis vſu venire non ſolet, in quibus electio nullum [illegible] fert incommodum, ad quod Pomponius[g] adducitur dicens. Quod [illegible] ſi ab altero partem petierit, liberum ei erit ab alterutro reliquum [illegible]

f in d. § praeterea.

g l. ſi ex toto § 1. ff. de legat. 1.

94 Sed certiſsimum eſt Accurſium ex his quæ contra Fulgoſium [illegible] rectè loqui, nullàque eſt inter legatum & hoc ipſum differentia. N[illegible] nim ipſe aliquam cauſam aſſignat, nec vlla vel ingenioſo digna [illegible] ri poteſt: quinimò maior quædam ratio ſuadere videbatur, vt in [illegible] nulla reliqua via eſſet, vbi ſemel legatarius hæredem conueniſſet, [illegible] rum redeundi, quòd impari gradu debitores à teſtatore conſtitu[illegible] paritatémque conditionis & gradus faciliorem præbere elect[illegible] nemo non intelligit. At in propoſita ſpecie de qua agimus, null[illegible] ritatis nexus, cùm alter principaliter teneretur, alter vero in ſubſ[illegible] primus non ſatiſfaceret ſuppoſitus fuiſſet. Caret itaque hæc ipſ[illegible] ſolido (ni fallor) fundamento, & eò magis cùm Accurſius con[illegible] aliter ſeſe in vulgatis omnibus editionibus habétia immutar[illegible] quo ſuæ opinioni aliquis ineſſe neruus videatur, vt id quod co[illegible] legitur. *Quominus a Titio, &c.* legatur *quodminus*, quodquidem non [illegible]

longiſſimè à vera interpretatione abeſt, ſed id quidē eſt manus in publi- 95
cas leges violentas inicere,& legum maieſtatis ſe reum facere[h], vel falſi- *h l.vlt. C. de*
tatis crimen ſubire. Minùs etiam nauiter Accurſ. ſe gerit, dum hæc verba *vet. iur. enu.*
ſubiicit: (*Si autem habeas quominus.*) non videtur legi poſſe (niſi quò) id eſt, 96
propter quod habet Seius ſcilicet tria, hæc ille: Ex quo apparet quam ne-
gligens in interpretando. In verbis autem deformandis, & in alieniſſimā
ſignificationem transferendis perquàm diligens extiterit, quæ nec ſenſui
nec orationi quadret: hoc non liuore aut inſimulanti animo dixerim, ſed
veritatis ardore. Ad quid enim transformare quò, id eſt, propter quod, ni-
ſi abſonum planè ſenſum admittere? Hoc enim modo declaratio ſucce-
deret, quantumcunque eſt, propter quod, ſcilicet quantumcunque Seius
habet tria, quaſi in ea ipſa voce quantumcunque cauſa inſit, quamobrem
Seius nō habeat præterquàm tria: quod valdè abſurdum eſt. Porrò ſi Ac-
curſ. aliud mente voluebat, ne partus abortiuus (vt Bald. vir peracutus v-
ſurpare ſolebat) fieret, exprimere verbis debuiſſet. non enim in interprete
clariſſimo ambigua interpretatio laudanda eſt, ne ſic in errorem obſcurè *i in l. in am-*
loquentis à Paulo animaduerſum[i], aut in ſtultam ſcriptionem, quàm tan *biguis ff. de*
quàm propudium, aut penè portentum Domitius Labeo[k] olim contem- *re. iu. duo.*
pſit, ignauiter incidat. Nec pro Accur. aliquis cauſans audiendus erit, cō- *k l. domitius*
mentitiam hàc noſtram in eum animaduerſionem eſſe, quòd dicamus ex *ff. de teſtam.*
huiuſmodi interpretatione Accurſiana cauſam aliquam ſupponi à dictione
quantumcunque deſcendēti. fruſtrà enim nobiſcum contendetur: quan-
do per dictionem, propter, cauſam rationémve ſignificari compertū eſt. 97
Libeat autem à linguę Latinę parēte[l] id colligere, cùm ait: *Qui legibus pro-* *l Cic. parti.*
pter metum, ſed quia id ſalutare maximè iudicat. Item, *Qui propter acumen occul-*
tiſſima perſpicit. Et alibi: *Tironem propter humanitatem, & modeſtiam malo ſaluū,*
quam propter vſum meum. Ad eundem modum vſurpat Poëta.

Te propter Libycæ gentes, Numidūmque tyranni
Odere[m]. *m Virg. lib. 4. Aeneid.*

Vtitur identidem Greg. in hæc verba[n]. *Sanè diuerſas conſtitutiones & De-*
cretales epiſtolas prædeceſſorum noſtrorum in diuerſa diſperſas volumina, quarum a- *n extra. in*
liqua propter nimiam ſimilitudinem, quædam propter contrarietatē confutatione in- *proœm. in §. ſanè.*
digere videbantur. Itidem Mod. ait[o]: *Nihil propon. propter quod.* Accedat Bar.[p] *o l. quarta. ff*
annotatio proximā cauſam denotare ſignificantis. Cū itaq; dictioni (quā- *de alim. & ciba. legat.*
tumcūque) nulla queat cauſ. applicari, non eſt cur Accur. inuertat quo- *p in l. 1. C.*
minùs) i. quodminùs, pręſertim quod inueriſimile eſt Cel. virū doctiſſimū *de ſententiis*
ſcriptionē ineptā hanc, & reformatione dignā reliquiſſe. Quod ſi forſan *quæ pro. o.*
quis dixerit non ad quantūcunq;, verùm ad id quod paulò poſt ſubiicitur
tēpore ſubintelligēdo, vt pleriq; fecerunt, quo tempore quaſi diceret:
quominùs, i. propter ꝙ tēpus, minus exigere potero, referri debeat. Hoc
ferendū nō eſt, cùm ad proximā reſpectet, ſuperiorē cui cohæret, voci.
Et ſimiliter dicendū eſt accipi (quo minùs) pro quo) Seius vel nō, aut ne
diligēs Tullianarū dictionū Nizol. multis autoritatibus abundas ſigni-
ficare aſſerit, ſed nullo ex his modis quominus, accipiendū fore exiſtimo.

Cenſeo enim duas eſſe ſeparatas dictiones (quo, ſcilicet & minùs) vt interpretemur quò, pro quantumcunque minus exigere potero, hoc eſt, plus exigere non potero. Solent enim ſeſe inuicem hæ voces minus & plus inſpicere: vt illud Ciceron.[q] eſt, *Præſtitimus patriæ non minus certe quam debuimus, plus profecto quàm eſt animo aut conſilio poſtulatum*. Hiſce dictionibus minus & plus, aliæ addantur, vt ſunt quò, non, tanto, vel quanto, naturam mutant, vel inflectunt aliarum, quibus adhærent. Sed de his hactenus. Quid præterea Accurſius dicat, vel potius quomodo ſeſe plane in cæteris inuoluat videamus.

q in epiſto. famil.

99 Verbum potero, quod in contextu legitur, duobus accipi poſſe modis affirmat, vel intelligendo in præteritum, ſi legatur quò minus, pro (quod minus.) Quam interpretationem impreſſa verba commutantem atque depravantem aſpernandam eſſe paulò ſupra diximus, vel in futurum ſi à communi lectione non recedatur. Cui Florentinus interpres Ioannem ſuum prædeceſſorem ſequutus, talem facti ſpeciem accommodat. Cùm Titium ante Seium creditam pecuniam exigerem, puta decem, in iudicio conueniſſem, ab eodemque nonniſi tria commodè conſequi potuiſſem, pro ſeptem reliquis Seium conueni, à quo, vt amplius ſoluendo non erat, tria duntaxat exegi, in quatuor quæ reliqua ſunt dirigere denuò potero contra Titium actionem. Hanc Ioannis ſententiam Iureconſulti menti plane quadrare exiſtimo. Sed quomodo verbis ſententia, ac ſententiæ verba cohæreant, hoc opus, hic labor eſt. Ego verò ita arbitror voluiſſe Iureconſultum dicere. *Si cum Seio prius egero, vel priùs cum Titio, quantumcunque eſt, quominùs, id eſt, quò non plus à Titio exigere potero eo tempore, quo iudicium inter me & Seium cœptum eſt, hoc eſt, tempore litis conteſtatæ inter me & Seium.* Tantò minus à Titio[r] poſtea, id eſt poſtquàm à Seio exegi, vel per me ſtetit conteſtata lite quin exigerem, tantò minus, inquam, à Titio petere poſſum. Ac denique quò facilius res intelligatur, verba aliter conſtruo, quantumcunque erit illud de quo inter me, & Seium iudicium acceptũ eſt, quo, id eſt, qua ſumma minus à Titio exigere potero, quàm antea potuiſſem, ſcilicet, quam cum Seio fuiſſem litem cõteſtatus. Creditor enim ex ea litis conteſtatione me ſummæ petitæ à Seio, voti compotem fore tantò minus poſtea, hoc eſt, poſtquàm hæc peracta erunt, exceſſuſque Seius, vel per me ſteterit quin excuterẽ, tanto minus illa quantitate poſthæc ad Titiũ actione aggredi potero: nec enim ſi à Seio aliquid exegero, iure permittitur, vt pro eadẽ ſumma Titio negocium faciam: nõ enim bis vna eademq; de cauſa, niſi diuerſa ratio vrſerit, ſolutio faciẽda eſt[s]: Quãdo ſubſidiarius fideiuſſor Seius nõ alia de cauſa & ſeſe obligationi aſtrinxit, & ſolutionẽ in quo potuit, perfecit, quã vt creditori hac ratione ſubueniretur, ne crediti damnũ cũ Titio cõtracti pateretur, nõ vt obligationẽ duplicaret, creditorẽq; hac ſua noua obligatione accedẽte locupletaret. Quare nõ mirũ eſt tãtò minus eo poterit poſtea à Titio petere, quod à Seio ſolutũ eſt, quoniã in ea quidem parte Titius liberatus eſt. Nec intereſt, quòd liberationis in poſtremis hiſce verbis mentio nulla ſit. nam cùm

r l. 1. Cod. de .ii. cont.

s §. plus, inſti. de actionibus.

is Celſi potiſſimum ſcopus eſſet, vt verba illa in principio apertiſsimè demonſtrãt ibi. *Si decem petiero à Titio nõ liberatur*, vt deliberatione in tota hac lege agat, vt etiam in §. vlt. apparet ibi, *Quia etiam reũ locupletem dando promiſſor liberari poßit*, conſequens eſt vt verſiculus hic in quo declarãdo non tantus eſt ſcriptorum labor tanquam à primo dependens, vt ſuprà latiùs docui liberationis effectum tacitè neceſſario tamen cõtineat. Et hæc primæuo iuuentæ flore, meditabamur: prouectiori verò ætate hæc magis conuenire putamus, nimirum, *Quanto minus petiero à Titio cõſequi tempore quo inter me & Seium iudicium eſt acceptum, quantumcumq́ illud erit non potero poſtmodum à Titio petere*, Intelligendum puto vel exegerim aut per me ſteterit quin exegerim, iudicium cum Seio perſeuerauerit vel ne. Nam poſtquam ſecum cœptum eſt propter vim litis conteſtatæ, cum eo finiendum eſt. Iureconſultus verò non negat quin ſi iudicio finito cùm Seio apparuerit eum minus eſſe ſoluendo, non poſsim ad priorem Titium obligatum reuerti. Neque enim verba ad omne tempus erunt in poſterum referẽda, ſed ſecundum ſubiectam materiam & æquitatem. Eſt autem aduertendum verba illa (quominus) vt fuerunt in prima ſtipulatione adhibita, ita inferiùs tanquam elegantia repetita ſint & quanto minus exponẽda videntur. Reliquum eſſet vt complura alia quæ interlegendo præſtare polliciti fuimus, vacationum tempori noſtrum hunc curſum interrumpenti cõdonemus. Abunde in l. decem. ff. de verb. oblig. deo dante repoſituri.

LAVS DEO.

AD §. VLT.

BREVIS communitérque recepta ex Bar. & Alexan. officina ad hoc reſponſum collectio eiuſmodi deprompta eſt. Imperſonalitas circa verbum executiuum obligationis non vitiat ſtipulationem, & tūc promiſſor reum locupletem dando, liberatur. At ſi verum amemus, non verborum conceptio, nec conceptus huiuſce explicationis ſenſus, eſt grauiſſimis interpretibus dignus: etenim cùm in verbis ſumma 1
ſit vis atque poteſtas, quemadmodum latiſſimus de ſignificatione verborum tractatus manifeſtè oſtendit, & Labeo ſummus dictionum obſeruator meminit,[a] ea ſane quæ ad rem exprimendam propria verba longo ſtudio ſunt nobis ab antiquis comparata, erunt ſtudiosè adhibenda, ſicut qui ſtatuas vel picturas excellentiſſimas conficiant, ferramenta ac colores adhibebunt conuenientiſſimos, quo effigiem quam in animo habent verè exprimant. Porrò vox illa (imperſonalitas) quidnam aliud quam barbariem ſonat, & dictiones illæ & tunc promiſſorum quidnam aliud præ ſe ferunt quàm ineptam vocum nil quicquam ad rem pertinentium redundantiam? ſed condonemus verba, erit adhuc tamen erratu grauius in ſenſu, dum boni illi ſcriptores in compendio aſtruxerūt. Nunquid ſtipulatio à Celſo propoſita valeat: profectò non ea controuerſia fuit an ſtipulatio vtilis vel inutilis foret, verū an in ſtipulatione dari curari ſtatim ad dandū
promittendi reus conueniri poſſit: hæc ſanè euidentiſſima dubitatio eſt, 2
non illa ſcriptorū à ſcopo alieniſſima. Redigerē itaq; in luculentius compendiu hiſce verbis. dari, curari ſtipulanti reū ad præcise dandū cōpellere facultas nō erit, ſi locuples fideiuſſor offeratur. Sed diſpoſita à Iure in cōtrouerſiā reuocemus, an is promittēdi reus omnino dari compelli poſſit: poſſe faciebat dubiū, quòd verba id ſonare viderētur. quid enim aliud eſt dari, curari, promittere, niſi demum vt dentur quæ creditor perſequitur? quod facilius erit conſecuturus ſi præcise promiſſorē cōpellendi facultas ſit, quē nulla alia ratione obligare ſtipulando cōtenderat, quam quia animo preſentiret ſe à Sempronio non facile eandem eſſe ſortem exa-
ctūrum. erat præterea nullus alius ſtipulatoris ſcopus quàm vt debitum 3
conſequeretur. ergo-ne pluribus quæ paucioribus incommodis expediri poterat fieret, vtique compelli licere. promiſſorem præcise dare permittendum erat. His præterea ſummoperè ſuffragantibus, quæ obiectionum loco ab Accurſio & Bartolo ex Iuriſconſultorum fontibus exhauſta proponuntur: quorum ab altero hęc emanarūt verba authore Celſo.[b] *Hæredem à teſtatore iuſſum facere, vt Lucius centum habeat, cogendus eſt hæres centum dare. In altero verò ita Paul. loquitur conſtituto ſatis non facit, qui ſoluturum ſe conſtituit ſcilicet ſi offerat ſatiſdationem.* Sed his non impedientibus contrarium Celſus hoc loci reſpondit præciſè compelli non poſſe ad dandum, eaque ratio ab eodem Iurec. proponitur: quoniam locupletem reū pro-

[a] in l. Labeo ff. de ſupell. leg.

[b] in l. ſi hæres iuſſus promiſit §. vlt. ff de cōſti. pecu.

[illegible] dando poteſt liberari, atqui prędicta ratio ſimpliciter [illegible]
4 omnibus numeris videbitur abſoluta. Quæret enim aliquis [illegible] cur
nam ſufficiat locupletem offerri reum quando ea de re nulla mentio eſt
in ſtipulatione, præſertim quòd ſtipulatio ſtricti iuris ſit,[c] Si tamen dili-
genter intueamur in verbis ipſis ſtipulationis, & in mente ſtipulantis ho[c]
quidem contineri videtur. Quid enim aliud intendebat ſtipulator, niſi
qu[o]d à Sempronio conſequi non poſſet, viam aliquam inueniret, qua il-
lud conſequeretur? inuenit ergo Titium quaſi huius rei proſenet[am] &
debitorem. dum igitur idem curator Titius vt centum ſoluantur cur[et],
atque ne caducum illud debitum euaneſcat, ſi locupletem offerat hom[i]-
nem quo in tuto debitum ſit, nonne ſtipulator in portu nauigabit? E[ſt]
itaque prudentiſſima Iurecon. ratio. Adiici autem quoque & ali[a] poteſt,
quam hic Accur. ſubobſcurè tamen propoſuit, dum ait, quoniam n[e]c [in]
plus tenetur: video autem duobus modis amphibologicum hunc [illegible]
nem intelligi poſſe, altero quòd ad plus promiſſor nõ teneatur, quoniam
5 hæc ipſa verba nihil amplius continere, præ ſe ferant, quam r[eum] dati [illegible]
id [illegible] fideiuſſoris obligationem, ſed vereor ne id verum ſit. nam dari [cu]-
rari locupletem reum non ſufficeret. quid enim ſi locuplete dato qu[i] [illegible]
primum is [illegible] aduerſis bonis tempeſtate, igne, infortunio, aut cal[amitate]
aliqua a rebus vel a perſonis inferri ſolita,[d] non ſoluendo efficeretur, [illegible]
liberatus eſſet promiſſor & putarem non liberari: quoniam[e] q[illegible]
datum non ſit, curatum dari dici rectè nõ poterit, verùm potius, [illegible]
[illegible] poſſit. cui comentationi ſi Caij verba[e] diligenter attend[antur], [illegible]
[illegible] quidem mirifice videtur. Altero verò intelligi modo poſſunt quæ
Accurſius dixit in plus non teneri promiſſor, quando vbi ſunt ſtipula-
tionis ambigua verba examinanda atque interpretanda, arctiori vinculo
atque nexu defungimur.[f] Qua de re innumera reperiuntur in iure exem-
6 pla, & eſt illud in ſtipulationibus editum apophthegma [illegible] id ſemp[er]
[illegible] quod minus re eſſet, quódque tempore longius, [illegible] in obliga-
tionem deductum, vt grauiſsima Imp. vox extitit,[g] ac propterea qui ſti-
pulentur verba nexuum & vinculorum plena adhibeant, ſi arctius de[bi]-
tores [illegible] ſtringere velint, alioqui ſciant perfacile tanquam Prothæos ex
dubia interpretatione obligatos reos euaſuros.[h] Hæc autem Accur. ratio
[illegible] a nobis exornata tametſi momenti aliquid habere videatur, [illegible]
[illegible] generalis eſt. nam in plus non teneretur, poſtquam ſtipulatio
dari continet vel dari curaturum, aliúdque eſſe exiſtim[a] ſi quis promiſe-
rit curaturum vt reus det. nam poſtrema hac ſpecie verba nihil amplius
cont[inent], priora verò & dari ſummam à promittente vel curare [illegible]
[illegible] det. Quare ad hæc incommoda fugienda generalem illam Accur[ſij ra]-
tionem non amplecterer, ſed noſtram ſupra enarratam magis peculia-
lem eſſe exiſtimarem. Sed de his haſtenus. Nunc ad ea quæ obſeruatu [illegible]
[illegible] nos præp[illegible]
[illegible] & primo cùm dicere [illegible]
[illegible] verſantes aliò non ſpectare quam vt dari ſummam c[illegible]
tamus,

c l. quidquid aſtringendæ ff. de verb. oblig.

d [illegible] contra[illegible] ff. de reg. iur. Cic. lib. 2. offi. e l. [illegible] hære[illegible] [illegible] de leg. primo.

f [illegible] ff. de verb. oblig.

g l. 10. ff. de verb. oblig.

h d. l. quidquid aſtringendæ.

rentur,fateor quidem. At non præciſè vt promiſſor det,ſed vt dari curet, quod & in tertio aliquo dari promittenti promiſſoris induſtria ſibi locũ vendicabit,quod vltimum vt minus primum promiſſorem lædamus ſequendum eſt. Caij verò reſponſum ſuprà propoſitum[i] negocium facit,nó quòd ibi ſimus in vltima voluntate quæ fauorabilis eſt,vt Accurſ. & cæteri aiebant.nam is fauor legatario aduerſus hæredem non datur,cui magis proſpicere teſtator poſt ſe præſumitur quã legatario,vt eſt notiſſimũ, & ratio differentiæ inter hæredem & legatarium, ſi qualitates cuiuſque expendamus,(quas breuitatis cauſſa omitto)cuique in prõptu eſt,quoad præſtationem attinet eandem eſſe interpretationem ſumendam tam in legatario quàm in reo promittendi,cuius rei immemor viſus eſt fuiſſe Accurſ. cæterique ſcriptores alibi hæc ipſa inuicem comparantes.[l] Si quid enim quod minimum eſt in ſtipulationibus ſequimur,ita pariter in legatis quoque facimus:[m] Non eſt præterea Bar. ratio conueniens,quia ibidẽ grauatus fuerat facere vt habeat, non autem curare vt habeat. nam certè ridiculum eſt exiſtimare,ſi teſtator verbo curare fuiſſet vſus , dixiſſetque hæres curet vt Titius centum habeat, aſſererem non eandem deciſionem eſſe ferendam, cùm quibuſcunque verbis legatum concipiatur , exploſa antiqua ſolennitate[n] valere receptum ſit. Sed veram arbitror rationẽ eſſe & indubitatam, quam ipſemet affert ibidem Iurec. dum inquit. *Quare nemo facere poteſt vt ego centum habeam niſi mihi hæres dederit*, addite vos, Quia hæredis munus & legata præſtare non fideiuſſores,vel reos dare,niſi cum ſub conditione legata ſint,& de hæredis fide dubitatur, identidem & legati natura talis eſt,vt ſit donatio quædam à defuncto relicta ab hærede præſtanda,vt notum eſt,quæ quidem ad hæredem non ad alium pertinet. Vnde Iurec. breuiter ſed prudẽtiſſimè locutus eſt, fruſtràque ab illius ratione diſcedunt.& alias indigenas ſcriptores important. Poſtremo obiecto reſponſo perfacilis reſpõſio eſt.nam agitur vbi de ſatisfactione pręſtãda obligationi conſtitutæ non conſtituendæ,vt hic:quæ quidem ſolutio erit Bar.& cæterorum ſolutioni (vt opinor) merito anteponenda:inquit enim Bar. ea in l.ſimpliciter decem fuiſſe promiſſa,quod vt verba ſua reponam,intelligitur ſcilicet dare,hic promiſit dari imperſonaliter,quis negabit commentitiam diuinationémque in totum redolentem ſolutionẽ hanc eſſe?quis enim Bar. renunciauit ſimplicem ibi fuiſſe dandi promiſſionem?Sum & alia in ſententia,dum ait hic dari imperſonaliter promiſ- 7
ſum,id nullo pacto ſtare poſſe,vtiturque Iaſ. veriſſimo argumento : quòd ſtipulatio hæc nequaquam dari ſimpliciter continet , verùm dari curare. nam cùm ex Labeonis doctrina fuerit hæc hypotheſis atque conſultatio deſumpta,vt euidentiſſimè patet ex reſponſo Iulia. o qui Labeonis verba reponens , & ex eius & ex Marcelli ſententia differens verbum curari in hac ipſa ſtipulatione expreſſum teſtatum reliquit: quòd ſi forſan verbum hoc ipſum curare additum non fuiſſet, poterat rationabiliùs hęſitari an reus dationis loco dari poſſit,an verò teneretur qui promiſit,an verò ſti-

i in l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. Iur. l. inter creditores ff. de fide iuſſ. l. inter ſtipulãtẽ §. ſi ſtipulante ff. de verb. obli. l dicta l. 109 de ver. obli.

m l. ſi ita ſit §. vel ff. de legat. 2. l. nummis ff. de legat. 3.

n l. 1. & 2. C. com. de legat.

o l. Illa ſtipulatio §. 1. ff. de ver. obli.

pulatio nulla eſſet: ſed ordinatim de triplici hac controuerſia verba faciamus,& quo facilius res explicetur ab vltimo quod indubitabilius eſt
8 inchoemus. An ſtipulatio ita concepta centum mihi dari promittis vtilis ſit,& ferè omnium conceſſu antehac reſponſum eſt ſtipulationem non valere,tum nouiſſimi Iuſtiniani verba,cum alia quadam Imp. ratione ita ſe hiſce verbis explicat. Sin autem dixerit ſatisfiet verbo imperſonaliter prolato non tenebitur.ratio eſt, quia ſub hac generalitate infinitæ huius promiſſionis alienū factum concludi vel maximè videtur.nam ſi de ſe tãtum promiſſor ſenſiſſet, fruſtra à ſua perſona ad infinitam dictionem tranſtuliſſet, alienarum verò perſonarum comprehenſionem ob alieni facti ſponſionem ſtipulationi vitium afferre nemo eſt qui dubitet.[p] Hiſce obiectionibus animos parum in iure verſatos capi poſſe. Sed ſi ſcrutemur omnia diligenter non erit ab ea opinione abſcedēdum,quæ pro ſtipulationis validitate inclinauerit.ſic enim ab eo Vlp. reſponſo colligere facilè poſſumus,dum ſtipulationem vti frui licere detracta dictione ſibi ad hæredem non tranſire[q], quaſi dixerit dum viueret tantum ſtipulanti vtilem eſſe,nullàque tamen perſona fuerat ſtipulando adiecta. Non vrgent quæ ex contrario commota ſunt: primò Bar.commentarium, qui triplicem ſectionem meditando inquit, quandóque imperſonalis circa perſonam promittentis expreſſio eſt,tumque bifariè capienda & conſideranda eſt: aut enim ad verbum obligationis inductiuum reſpectat, túmque non valet ſtipulatio auctoritate Iuſtiniani paulo ſuprà commemorata, aut obligationis executiuum adiectum à promiſſore verbum eſt,túmque ſtipulationem ita demum valere,vt præciſè quis dare non teneatur,dummodo reum, vt hic ex Celſi doctrina,offerat. Sed hæc certè diſtinctio difficultatis vim minimè eneruat, quinimo maiores offundit tenebras.Nam ſemper oportet vt in obligatione de induſtria tale ſit verbum,alioqui ipſa inducendi obligatio qua ex promittentis ore deſcendit nullo vnquam pacto poſſet ad exitum peruenire, manifeſtò docendum eſt exemplo:Etenim ſi ad interrogationem promiſſor dari reſpondeat,ſi-
9 cut vel expreſſum,vel ad interrogationem ſe referendo reſpondere promiſſor ſi ſe obligari intendat omnino debet, nonne ex parte promittentis verbum hoc erit obligationis inductiuum? & tamē valere certum eſt. [r] At forſan Bar.cæteróſque eius aſſectatores,quis ita defendet,intellexiſſe Bar. eum non niſi à promittente fuerit expreſſum. Sed inanis defenſio erit,tum quia nec dictione duntaxat,modò,tantùm,vel ſimilibus arctantibus vocibus vſus ſit.Vnde aſſuetur quod ille non cogitauit. Sed demus ita Bar.dixiſſe.Ecquid opus erat ad verborum adaugendorum diſtinctionem peruenire,& in caſſum defatigari?Tunc ſanè non erit ille ſtipulationis actus de quo quærimus,ſed vel nuda pactio,vel iuris gentium cōtractus vel conſtitutum de quibus quæſtio non erit.Rurſus Bar. diſtinctionem in alio opinor grauiter notari poſſe,cùm is duo dictionum genera contemplatus,illa verbis diſtinxit, ac more ſuo vel potius antiquorū in-

[p] l. inter ſtipulantem in princi. ff. de reb. oblig.

[q] l. Stipulatio iſta. § ſi quis ita ff. de verb. obliga.

[r] l. Stipulatio iſta § . ſi quis ita ff. de verb. oblig.

rejectionibus tunc,& tunc diſcreuit,re autẽ ipſa adeo inuoluit,vt Apol-
linem ad euoluendum,ſi Bar.auctoritas rata habenda ſit, accerſiri opor-
teat.depinxit Bar. alterum eſſe verbum ad inducẽdum obligationẽ aptũ,
alterum ad executionem,Iuſtinianique reſpõſo,quod ſupra in obiectio-
ne recitauimus,obligationis inductiuũ attribuit.Veruntamen nemo non
videt vocem ſatisfiat,ſiquæcũq; executioni ſeruiens audita eſt,illa,perfe
ctè,abſolutéq; rei conſumationi eſſe admonendum conſentaneam quan-
tum in iure aduerti poteſt.Dum verò in altero diſtinctionis capite verbũ
dari executionem præ ſe ferre aſſerit (vtar noſtri reſponſi exemplo,) po-
teſtne inconueniẽtibus aliquid fuiſſe dictum?tum quia promiſsiones de
dãdo omnes obligationes perbellè nũcupantur.qui enim dari promittit,
quidnam aliud facit niſi quod ad dandum ſeſe obligat?ſ Quandoquidem
ſ arg. l. 2. l. ſtipulatio nes non diuiduntur ff. de ver. oblig.
ſi ad exequendum obligatio tenderet,factum implicaret.Eſt ergo à vero
aberrans quod hic verbum executiuum imperſonale adſit,niſi addamus
verbum curare,quod ad executionem vel obligationem, ſolutionis per-
ficiendæ pertinere non dubitarem:dicerem itaque diſtinctionem hanc à
Bat.traditam ſolidam non eſſe,non deerunt forſan ingenia,quę vt aliqua
eſſe videantur, illius præclari interpretis partes ſuſcipient defendendas:
ſed ſi quis etiam beatiſſimè id præſtare conabitur, ingenij fortaſſe aciem
oſtendet,ſed nihil quod totis vlnis ſit amplectẽdum, in medium afferet.
Ex Bar. enim traditione non ſolum ea quæ ſupra dicta ſunt, ſed etiam &
aliud ſcatet quod prætereundum non eſt,dum in prima obiectione dif- 10
finit, quod ſtipulatio dari tametſi verbum curare annexum non habet,
perinde eſt acſi adiectum fuiſſet,ac propterea ſequi vt offerens reum li-
beretur. Ego ſane nunquam id accipiendum crediderim : mouet quod
ſtipulationes cùm aduenas interpretationes non admittant,t hoc quid a-
t l. quicquid aſtringende ff. de ver. oblig.
liud eſt quàm non modo prolixè interpretari , ſed quod longè magis à
ſtipulationis natura abhorret additamentum ei facere ? Enimuerò ſi ſti-
pulationem dari curare contemplemur , mirandum non erit, cur rei o-
blationem complectetur:nam curare non oporteret ſi obligatio à ſeipſa
ſolum & rei tantum perſonam reſpiceret. Sed quia vis verbi illius,ne-
ſcio quid diligentiæ etiã extrinſecę cõtinere videtur,cõmoda illa ſumitur
interpretatio,vt oblatus locuples reus ſufficiat,à quo dari per pollicentẽ
curatũ dici poſsit.at in dationis ſimplicis promiſsione,quę vis verbi, effi-
ciet,vt extrinſecã curationẽ ineſſe contẽdamus?Sanè nullã,ſed cõmodius
potius referenda erit ad ipſum promittentẽ qui intelligatur à ſe datũ iri
in promiſsione intellexiſſe, quod & hominũ nonnullorũ conſuetudine 11
cõprobari poſſe videtur,qui in loquẽdo ſunt ita vel tardi,vel breues, vel
graues,vt vix verbũ pronuncient:& eſt magnatũ loquendi mos,à quibus
dũ aliquid à ſtipulãtibus petitur,ſolent ita grauiter reſpondere, quo ma-
ieſtatem ac auctoritatem retineant , dabitur, non vt locupletem reum
offerant , ſed vt per ſuos miniſtros ſtipulanti ſatisfiat, tametſi nonnun-
quam ad Calendas Græcas, id vſu veniat:dilucidum eſt itaque & exem-
plo , & ratione eam à Bart. & à cæteris ſtatutam deliberationem,

ſtipulationem dari vel dari curare idem eſſe,probari non poſſe:quod etſi
v l.4 ff.de preſ.ri. ver.
verborum penuriam reſpiciamus,facilè conformabimus. trita enim ſen-
tentia eſt plura negocia quàm voces reperiri. [u] Sed ſi quod aſſeritur ve-
rum eſſet,conuertere ſanè problema poſſemus,ac audacter dicere plures
eſſe voces quàm negotia. Ex his colligitur vt ad rem propoſitam redea-
mus, aliam eſſe quærendam explicationem,quo allatæ Iuſtin. Conſtitu-
x Auth. ſi quando C. de cõſt. pecu.
tioni occurram,[x] licet quis dicet.Si verba intueamur,non mirum quod
imperſonalis illa pronuntiatio videlicet,ſatisfaciat,non obliget, quia de
12 conſtituti obligatione ageretur. Viſa hæc non fuit ab antiquis reſponſio,
& qui poſt eos viderunt neque comprobarunt neque cur magis in vno
quàm in altero recipiendum ſit rationẽ reddiderunt: nos verò id paucis
præſtabimus. Euidens ſiquidem ideſt,quia non modo Auct. illud à viro
non mediocris ingenij titulo illi de Conſt.pecu.applicatum atque inſer-
tum eſt.Sed & verba Conſtitutionis ipſius manifeſtant: exordium enim
illius eiuſmodi eſt: *Si quando eum per ſe vel pro alia perſona pecuniam ſoluere ſe conſtituerit*, differentiæ autem rationem ſummam eſſe quiſque intelliget:
nam vbi alia præcedat obligatio vel naturalis, vel prætoria, vel ciuilis,
y l.1 §. vlt. ff.de conſtit. pecu.
quemadmodum præcedere ad conſtitutum inducendum neceſſe eſt,[y] nõ
mirum ſi noua obligatio non ex verbo ſatisfiat innaſcatur,quando ſubſi-
ſtentem materiem habet ad quam referri poſſit,ideſt,ex priſtina obliga-
tione ſatisfiet.Cæterùm in ſtipulatione nõ hæc relationis habendæ cau-
ſa inſpicitur: quod ſi habenda ſit,erit ſane verbum imperſonale ad interro-
gationem,quæ forſan perſonam expreſſit referendum, nec dicendum
erit reſponſionem tamquam diuerſam ab interrogatione differre,ſed po-
tius illi comparanda erit,cùm & interroganti aliquídque expetenti vtili-
ter reſponderi ſoleat,quidni?quod etſi dari fuerit, interrogatus, & dari
alter reſpõderit, paulo minus dubitari poterit,ſed rectius eſſe putarem ſi
ſtipulationem valere dicamus.eſt enim mos etiam interrogantium non
modò reſpondentium vt imperſonaliter plerumque loquantur.Quod ſi
ad vtriuſque Heſperiæ loquendi conſuetudinem Italiæ ſcilicet & Hiſpa-
niarum videbimus, de prioris cuiuſdam opinione in tertia perſona lo-
quendi ac ſcribendi more inductum, ídque & latiùs per Gallias patere
incepit, à qua tamen Germaniam excipimus in loquendo veterem con-
ſuetudinem ſtrenuè ſeruantem. Eſt autem altera obiectio & cui breuiter
ſuprà dictando reſpondimus permagni æſtimata,quã ſic Accurſ.ex Pauli
reſponſo deprömptã adiecit, rectius fuiſſe à creditore datione ſatisfaciẽ-
dum quàm reum locupletem dandũ.ait enim ibi Iurec.[z] *Conſtitutio non ſatisfacit qui ſcilicet offerat ſatiſdationẽ*.Hæc ille,ita neq; hic dandi ſtipulationi
z in l promiſſor § vlt. ff de conſti. pecu.
ſatisfieri dicendũ eſſet,niſi per ſolutionẽ nõ per locupletioris rei oblatio-
nẽ,idq; certiſſimi iuris eſſe arbitrarer,ſi in ſtipulatione nullũ aliud verbũ
13 eſſet quã dari:quẽadmodũ ſupra cõtra cõmunẽ ſcriptorũ ſententiã deli-
berauimus.verũ vbi verbũ curare adiectũ ſit quẽadmodũ cũ eo legendũ
hic eſſe aſſeruim⁹,alia ratio eſt neq; Pauli apophthegmati cõtraria.nã cura
re verbũ(vt iã dictũ eſt)tractus,&quaſi cũctationis intimæ cõpræhẽſionẽ

in ſe aliquã habere indicat, vt dũmodo detur vel à ſe vel ab alio quod per rei locupletis dationem expeditur, dici non poteſt non eſſe huic promiſſę dationi, ac dandi ſollicitudini ſatisfactum. Quare conueniet hic potiùs Celſus cum Paulo quàm diſcrepet, vel diſſentiat: eſt enim vtriuſque enũciatum ſi non verbis, ſimile ſaltem ſententia, vel ratione parile hoc ipſum 14
dari curare alteri reſponſo ibidem à Paulo adiecto, dum ait: *Si quis autem conſtituat ſe ſatiſfacturum, & fideiuſſores vel pignora det, non tenetur, quia nihil intereſt quemadmodum ſatiſfaciat* [a]. Hæc mihi ad obiectionem effugiendam poſſe dici videntur, nunc de aliorum reſponſionibus breuiter diſſeramus. Bartol. qui ex ſua officina illius Pauliani reſponſi deprompſit, obiectionem ac reſponſionem ex Accurſij fonte hauſit, in hunc modum reſpondit, ibi ſimpliciter promiſit, quam declarationem improbare poſſemus, atque commentitiam incuſare. quid enim ſi ibi ſicut hic dabitur, dictum fuiſſet, niſi Nouella Iuſtiniani aliter admoneret quæ conſtitutum ex imperſonali dictione concipi non poſſe aſſeueranter affirmauit? Sed quoniã 15
illa eſt quæ prohibet conſtitutum valere, idcircò dicendum eſt Accurſij ac deinceps Bartoli interpretationem rectè quadrare, niſi forſan aliquis perſpicaci ingenio diceret, quinimò credendum eſſe Pandectarum iure id conſtituti genus non fuiſſe improbatum: nam ſi illo iure damnatum extitiſſet, ad quid Iuſtinian. laborem hunc contra ſanciendi ſuſcepiſſet, niſi quod contra inductum eſſet habitúmque quem (vt aiunt) recepiſſet priuatione apertiſſima tolleret[b]. quod commentum ſi verum eſſet, ſequeretur neque Accurſ. neque Bartol. Pauli reſponſum rectè declarare, cùm in genere illud loqui videatur. Hi verò ad ſimplicem interpretes promiſſionem reſtringant, niſi fortaſſe ita defenſos redderemus Iuſtinian. non corrigendi cauſa [c], nunquam enim illud præſumendum eſt, ita reſcripſiſſe, verùm potiùs vt ambiguitatem omnem ex hominum animis in poſterum proſcriberet, conſtitutum in prædictam imperſonalem formam non fore recipiendum. Verùm enimuerò vtcunque ſit, non poſſum Bartoli ſolutioni acquieſcere. Demus enim licet in d.l. de cuius obiectione agitur [d], ſimpliciter fuiſſe promiſſum, id eſt cõſtitutum fuiſſe per alia verba quàm per imperſonalia confectum, alia tamen particula Bartol. ſolutionis, dum ait: *Hic promiſit imperſonaliter.* Porrò nihil valet, quia non hoc eſt in cauſa, ſed quia verbum curare adiectum eſt, quod quidem efficit, vt aliam dandi per oblationem rei finem recipere poſſit obligatio. Nam certè ſi obligatio imperſonalis non valet in genere, quoties à verbo imperſonali inducitur, vt ipſe Bartolus in ſua prima diſtinctione diſſerit, hæc ſanè ſtipulatio per imperſonale verbum non valeret. Eſt itaque dicendum quod ideò dixit Pandect. conſtituto ſatisfaciendum, quia de conſtituto valido loquitur. Ponamus enim (exẽpli gratia) quò facilius res intelligatur, Si fuiſ- 16
ſet in conſtituto ita dictum dari curabitur, num conſtitutum valeret? Equidem arbitror ſi Iuſtiniani ſententiam ſequamur non valere nulla alia ratione, niſi quia imperſonalis quoque conceptio eſt à Iuſtiniano prohibita, quæ tamen prohibitio ad ſtipulationem extendi non debet. ratio in

[a] d.l.promiſſor.

[b] l. decem. ff. de verb. oblig.

[c] l. præcipimus. C. de appel.

[d] in d.l. promiſſor.

promptu eſt, quia ſi in conſtituto dicatur eo modo, verba eiuſmodi infinitè pronũciata, intelligẽtur ex prima obligatione dari curare non ex noua. At in ſtipulatione cùm ad aliam referri obligationem præcedentem nõ poſſint ne actus irritus efficiatur, ſtipulationẽ validam inducet [e]. Sed quia non ſimpliciter facta eſt ſtipulatio, puta, promittis mihi dare vel abs te dari. Sed dari curari, vel curare, quæ diligentiæ cuiuſdam præſtationem præ
17 ſe ferunt, ideò non mirum eſt ſi aliter per oblationem rei ſatisfieri poſſit, cùm tamen contra ibi ſimplex promiſſio exiſtat volente id creditore præcisè dãdo ſatisfieri debeat niſi aliter conuenit [f]. Sed de his hactenus. Nũc ad ea deueniendũ eſt quæ à ſcriptoribus nonnullis conſiderata, collectáque, ad perſimiles alios determinandos caſus producuntur. Colligunt autem inter cætera quod quaſi verbo tenus reponendum eſſe ex Iaſonis cõmentatiis poſt Angelum, operæ pretium eſſe duco. ait ille: collige ex reſponſo promiſſor dando reum locupletem liberatur notatu dignum eſſe, neminem eſſe cogendum ſuſcipere litigia, vbi id ſoluere paratus ſit qua ſolutione liberatur, Iureconſultos ac Imperatores eiuſdem rei conteſtes affert [g]. Sed quid ſentiam liberè dicam, ineptũ mihi videtur obſeruare denio in loco qui propriè non ſit ſuus, id quod vt aiunt notum eſt lippis & tonſoribus. Quis enim eſt qui neſciat neminẽ ſatisfacere obligationi offerentem ad litis iurgium vrgendum non eſſe. Eſt enim id ſuapte natura adeò clarum, vt qui id comprobare ſtudeat ridiculus meritò videri poſſit. Nam cùm leges ad difficultates dubitationéſque tollendas fuerint à maioribus conditæ ei qui nodum in ſcirpo tollere quærat, Vlyſsíne ſalem in arenam ſeminanti non incongruè comparãdum exiſtimem, vel ei qui noctuas Athenas ferat, & eò minus aptè hoc loci & diligens huius peruagatæ ſententiæ obſeruatio habenda erat, quod ex hoc reſponſo nequaquam ſi veritas non negligatur colligi poteſt. Eſt in reſponſo noſtro ea potius in ſpecie quàm in genere theſis vbi quis dare, curare, promiſerit non eſſe
18 compellendum, vbi offert quod debet, ſcilicet, reum locupletem non inquit ſuſcipere litem, verboſa potius controuerſia hæc erit, quàm quæ rei finem ſubſtantiámque reſpiciat. Alia verò quæſtio eſt infinita, an ſoluere paratus cogendus ſit iudicium ſuſcipere, quemadmodum definiuit Paulus [h]: aliud neſcit dare quod quis promittit, vel reum offerre. Sed hæc ſufficiunt ad oſtendendum quàm indiſcretè noſtri ſcriptores dummodò rerum cumulum faciant, omnia nulla vel diligẽti facta vt par eſſet ſelectione in ſacram legum aream infœliciter agglomerãt. Sed poſtquam in eam regulam incidimus, quæ ſanè elegans eſt, à Paulo annotata breuiter, vt in poſterum ex noſtro ſenſu intelligatur declarari operæpretium dũco. Eſt igitur regula ita cõcepta: Paratum ſoluere iudicium accipere non eſſe cogendum, crediderunt maiorum ſcriptorum pars, ſignificationem horum
19 verborum eſſe, quòd non teneantur litigare, ſed prauam hanc declarationem inde traxiſſe originem credendum eſt, quòd eius generis interpretes verba illa, *in litium accipere*, nõ fuerint contemplati. Illorum autem verborum vera germanáque ſignificatio eſt, id eſt, litem conteſtari, argumenta

e l. vbi. l. quoties. ff. de verb. obl.

f arg. l. ſi rẽ omnes. ff. de pignor. act.

g l. ſi reus parat. ff. de procura. l. ſi debitori meo ff. de iudiciis inſtit. de perpet. & tẽpor. acti. § vlt.

h l. ſi reus de procu.

non obſcura afferenda ſunt. Primùm itaque verba Pauli in libr. Singular. 20 de offic. aſſeſſorum [i] edita, facile nobis oſtendunt, ait enim: *Si reus ſit ante litem conteſtatam paratus ſoluere, procuratore agẽte quid fieri oportet, nam iniquum eſt cogi eum iudicium accipere.* Et paulò infrà inquit: *Quid enim ſi tunc facultatẽ pecuniæ non habuit, nunquid cogi debeat iudicium accipere?* Quod certè intelligendum eſt vt ex ſuperioribus tunc, id eſt, ante litem conteſtatam. Verba autem ſubſequentia apertiùs rem demonſtrant, dum inquit: *Quid enim ſi hac famoſa ſit actio? Sed hoc conſtat vt ante litem conteſtatam præſes iubeat in æde ſacra pecuniam deponi? hoc enim fit in pupillaribus pecuniis, quòd ſi lis conteſtata eſt, hoc omne iudicis officio dirimendum eſt.* Quæ poſtrema Iureconſulti doctrina oſtendit, lite conteſtata iam eſſe iudicium acceptum, & idcircò iudicis officium requirendum. Hæc ex Pauli officina deprompta ad rem euidenter oſtendendam ſufficerent, ſed quia maiorum vſu & traditione receptũ eſt, 21
vbi noua quędam in medium contra vetuſtam interpretationem afferuntur copioſè confirmati debere [k], cùm difficiliùs radices iam hærentes auellantur, quàm quæ nondum hæſerunt. Vlpiani ergo autoritatem adducemus [l], vt ex eo non inſubtiliter idem colligi queat, ait ille: *Si debitori meo nolim actionem edere, probandum erit ſi fateatur ſe debere paratúmque ſe dicat ſoluere audiendum eum dandámque diem, ac in competenti termino.* Iuſtinianus autem Imperator [m] longè cæteris duobus clariùs rem aperit, cùm infit: *Si ante rem iudicatam is cum quo actum eſt ſatisfaciat actori, officio iudicis conuenit eum abſentem, licet in ea cauſa fuiſſet iudicij accipiendi tempore.* Certè nullum aliud tempus ſignificatur quàm litis conteſtatæ: quóque id fuſiùs pandatur Seueri & Antonini conſtitutio accedat [n], diui illi Imperatores ita reſcripſerunt: *Res in iudicium deducta non videtur, ſi tamen poſtulatio ſimplex celebrata ſit vel actoris ſpecies ante iudicium reo cognita inter litem conteſtatam & editam actionem permultum intereſt. Lis enim conteſtata, &c.* Sicut ergo iudiciũ non dicitur deductum niſi ad litis conteſtationẽ deuentum ſit, ita nec iudicium acceptum: reuertamur nunc ad regulam, ſoluere paratus non cogitur iudicium accipere, id eſt litẽ conteſtari. Quod permultùm intereſt 22
ſi cogeretur propter expenſas, & alia etiam incommoda. Nam nec mirãdum eſt ita fuiſſe conſtitutum. plerique ſiquidem homines ita ſuperbi inueniuntur, vt velint omnino aduerſarios in litis conteſtatione debitum confiteri quò ſuperbiæ ſatisfaciant ſuæ. non enim lis ſolet per negationẽ ſolùm, ſed & per confeſsionem negationi contrariam conteſtari [o]. Hæc neſcio quo pacto extra meum inſtitutum pauliſper tractaui, qui in id ſolum incumbere propoſueram quod ad rem pertineret. Sed porrò id feci quò faciliùs intelligatur id quod in regula antedicta ſcriptores coaceruarunt. Verùm ne videar quod in aliis damnare ſoleo inſectari, ad Ang. ſubtiliſsimi interpretis animaduerſionem deueniamus, qui retulit. Si lege caueatur municipali Sindicatus, vt appellant, nomine cõdemnatũ non ampliꝰ aſpirare ad magiſtratũ poſſe, quod & iure cõmuni in parili caſu ſtatutũ eſt. Nã iudices qui ſe ſceleribus maculaſſe cõuicti fuerint, ſibi poſthac

[i] in d. l. ſi reus.

[k] l. quoquidem. §. de arbor. ff. de rei vendic.

[l] in l. ſi debitori meo. ff. de iudic.

[m] in authẽ. nouiſsima C de lit. cont.

[n] in l. 1. C. de litis cont.

[o] Bar. in authent. offeratur. C. de litis conteſtatione.

blandiri de eo honore non oportere, quo ſeipſos indignos iudicauerunt, diui Gratianus, Valentius & Theodoſius reſcripſerunt. Quod & ad ſuſceptores & tabellarios pertractum eſt, vt Arcadij & Honorij conſtitutio declarat[p]. Si Sindicatus, inquam condemnandus ſit, proficuum tradit Angel. conſilium, quod Iaſon inaniter complectitur, vt ſe ſententia condemnari non ſinat, ſed conquerẽti quamprimùm ſatisfaciat, quando hoc noſtro reſponſo dictum eſt ſecundum eos ſatisfacientem iudicium, vel litem ſuſcipere non cogendum. Quamobrem hac calliditate municipalis promiſsionis pœnã euadet. O noſtrorum Doctorum (abſtinere nõ poſſum quin conclamem) euidentem iniuſtitiam & ſanctiſsimi iuris profanationem, conſilia periniqua, atque ſi Dijs placet, vt doctiſsimi Budæi verba ſubiiciam cautelas (vt ipſi vocant) id eſt vafritias meras & commẽtitia verborum aucupia ſimplicitati vulgari, & probitati ciuili ſæpenumerò imponentia! Aduocatis anſam calumniandi præbentia, iudicibus interdum inextricabilia, optimo iuri perſæpè captioſa, quæ tamen nonnulli eſſe palmaria putant, nec eos fefellit opinio. fuerunt enim cum plauſu excepta. Vnde cum Cicerone licet exclamare, quod nos veri iuris germanæq; iuſtitiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtamur[q]. Admitterent ergo Angel. Iaſon & cæteri vt ad eos redeã, indignum eiuſmodi hominẽ ad eum magiſtratum quem impudenter fœdauit? Paterentur eundẽ nouo hoc ſcelere, improbóque aſtu ſanctiſsimas leges deludere? Hem? vnde hoc ſcriptorum turba nimis audax atque inſolens accepit? Hauſerúntne cribro de iuris noſtri fontibus, qui ſemper æ-
24 quo & bono redundant? Hiſcéne modis ad fallaciam dolúmque malum, homines fraudi natura procliues inuitabunt? Ah quàm ſatiùs facerent ſi ad ſimplicitatem legibus amicam amplectendam, bonitatem ſectandam, æquitatem fouendam excitarent. Etenim vulpeculæ malitias nedum in magiſtratibus qui ſumma ſemper fuerunt in religione, ſed in militari diſciplina video vehementer improbatas. Sufficiat vnum illud in memoriã reuocare. Decem Romanis captiuis ab Hannibale poſt Cannenſem pugnam vrbem miſsis iureiurandóque aſtrictis ſi rem ex ſententia non confeciſſent, reuerſuros: ex iis re infecta vt iurauerant ad inimica caſtra redeuntibus, vnus fingens ſe extra caſtra aliquid oblitum Romam remeaſſe, quam fallaciam plerique hiſtoriarum Scriptores non in reditu, ſed in egreſſu interfuiſſe teſtati ſunt. Dolendum ſanè eſt, qui ſe iuris ſapientes religioſóſque ſacerdotes profitentur, has malitias docere, quæ ab omni bene inſtituta Republica quam valdè abhorrẽt. At cautelæ ſunt, dicunt ipſi. Hoc enim iniquas has verſutias velo ſtudent contegere, & nomine hoc ipſo penitus incongruo cohoneſtare contendunt. Alieniſsimo porrò ab omni maiorum nedum vſu, ſed & cogitatione fortiſsimum huius rei argumentum arbitror munitum tantùm abfuiſſe, vt cautelæ nomen huiuſmodi ſtellionatus crimini accommodarint, vt nec etiam pro iuſto conſilio, aut ſaltem raro vſurpauerint. propria enim eius dictionis ſignificatio ſemper fuit vt pro cautione quadam ad pignora, ad fideiuſſores, ad

cætera

p l. ſi aliquid. C. de ſuſc. lib. 10.

q Bud. in l. 1. ff. de iuſt. & iur.

cætera id generis referenda acciperentur. Quòd ſi nonnunquam verbum cauere apud Iureconſultos [r] pro cautelæ imagine inducenda frequentatur, tunc ſanè ne ab exemplo propoſito diuertam, patroni clientibus ſuis cauere dicentur, cùm proſpexerint ne in contractibus, pactis, iudiciiſque circumſcribantur, non cùm eos dolum exercere docebunt: quod planè exigent, ſi iuſiurandum ad memoriam reuocarint quod in doctoreo aſſumendo gradu in ſe recepêre non iniuriam, ſed ius adminiſtraturos, ſiquè ſuum particularem titulum fuerint contemplati [ſ], quo cauetur iuſiurandum ab eis fore ſubeundum, de iuſtæ non calumnioſæ cauſæ defenſione ſuſcipienda. Hæc ſi ſpectent, ſi cælum animo contueantur, ab eiuſmodi pernicioſis cautelis abſtinebunt, & multò minus homines ſcelere maculatos ad magiſtratus nanciſcendos huiuſcemodi peſtiferis conſilijs adiuuabunt. At hoc inſpiciendum non eſſe dicent, nam vt Cicero ait [t]: Aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias, leges quatenus manu tenere res poſſunt: Philoſophi quatenus ratione & intelligentia, tametſi ratio poſtulet, nequid inſidioſè, nequid ſimulatè, nequid fallaciter fiat. Sed Tulliana hæc auctoritas nequicquam ab eis allegabitur. quomodo enim res ſacroſancta, vt eſt magiſtratus, à ſordido & iniquo poterit iure manuteneri. Deinceps vir ille grauis & officioſus honeſtatem nequaquam hiſce verbis à ſanctiſſimis legibus ſeiungit, ſed ſimplicem ſolùm quandam aſtutias tollendi diſtinctam cognitionem ſuggerit. Nec is certè locus dubitationem habet, nec ſi haberet, Chriſtianæ religionis pietas tales cauilloſas ac iniquas cautelas admitteret. Nec enim (vt idem Cicero aiebat) [u] diſquirêdum erit, an Aquilius (cuius ille familiaris fuerat) huiuſcemodi in rebus de dolo malo formulam protulerit. Enimuerò ſi in rebus contrahendis (vt idem ait) omne mendacium tollendum eſt, quantò magis in magiſtratibus creandis à quibus totus penè Reipub. ſtatus dependet? Quare ſi quid habent priuati iuris doctores quod ad eiuſmodi palliandam cautelam pertinere videatur, meminerint quod vulgatum eſt à priuatis vt ipſi faciunt negociis argumentum ad ius publicum non eſſe trahendum. Hiſce itaq; rationibus magiſtratum in legem committentem, eoque nomine damnâdum ab aliis ſuſcipiendis muneribus per municipalem legem interdictû 25
tametſi ante condemnationem iudicatum fecerit, non ideò pœnam ſubterfugere, id autem ex Imperatorum ſanctione comprobatur [x], cuius hæc ſunt verba: *Iudices qui ſe furtis & ſceleribus fuerint maculaſſe conuicti, ablatis codicillorum inſignibus, & honore exuti, inter peſſimos quoſque & plebeios habeantur, nec poſthac ſibi de eo honore blandiantur, quo ſeipſos indignos iudicauerunt.* Ex quibus verbis, verbum illud conuicti diligenter expendendum arbitror, ſiquidem non ſolùm in vim poteſtatémque ſuam in condemnatis exercet: confeſſi enim certiſsimè ſunt qui ne condemnatione notentur pœnâ 26
ante ſoluendo occurrunt. Illud autem perſpicuum eſt, confeſſos non tantùm conuictos dici, verùm etiam pro iudicatis haberi [y]. Quomodo itaque amplius pro condemnatis habiti, municipali conſtitutione oppugnante ad magiſtratus aſpirabunt? quòd ſi forſan aliter ſibi perſuadeant,

[r] l. ſi defunctus. §. qui. ff de procur. l. quamuis. ff. de pign. act.
[ſ] de iureiur. prox. calum.
[t] lib. 3. Offi.
[u] eod. lib. 3.
[x] in l. iudices. C. de dignit. lib. 12.
[y] l. 1. & 2. ff. de re iud.

poſtrema alia Imperatorum verba quæ talia ſunt attentè audiant. *Poſt hæc de eo honore ſibi blandiri non debere, quo ſeipſos indignos iudicarunt.* Accedit præterea ad eiuſdem verbi coniuncti animaduerſionem, Arcadij & Honorij conſtitutio z paulò ſuprà recitata, cùm inquit: *Si aliquid a ſuſceptore vel tabulario fraude admiſſum eſſe poſſeſſor deprahendat, nemo eorum ſemel de intercesſione conuictus id rurſus officium gerat, in quo ante decoxit, & ſi reſcriptum noſtrum elicitum clandeſtina implicatione intulerit.* Quæ poſtrema oratio manifeſtam ſententiam habet clandeſtinas vias pro magiſtratibus vel officiis conſequendis nil quicquam proficere. Erubeſcant itaque qui legis municipalis laqueos effugere ſperantes ſtrictam legis interpretationem amplectutur. non enim id inuerecundè faciendum: ſed tunc quidem obtinebit, cùm ratio non repugnabit: non enim verborum adeò religioſus eſt vſus, quin & ſemper omnibus in negociis aperriſsima ſententia non preponatur, quinimò exiſtimo quicunque legum vel communium vel municipalium fraudulentam interpretationem ſectantur, in legem committere [a]. Hac autem vtiliſsima deciſione huius difficilis reſponſi interpretationem perficiendam duxi. Quæ verò à ſcriptoribus ex teſtamentaria materie in hanc alienam me ex inueterato eorum abuſu transferuntur, ſuo loco Deo dante reponemus.

z *in l. ſi aliquid. C. de ſuſc. lib. 10.*

a *l. non dubium C. de legibus.*

LAVS DEO.

1 *Filia Senatoris Doctori nupta, an gaudeat priuilegiis quibus ante matrimonium frui poterat, & num. 10.*

2 *Verba nedum indefinita, ſed & uniuerſalia ad perſonas habiles referenda ſunt, & ad cogitatum diſponentium reſtringenda.*

3 *Verba etiam contra propriam ſignificationem debent ſecundum ſubiectam materiam intelligi.*

4 *Principis mens in dubio cum lege & ratione naturali confirmari præſumitur.*

5 *Cauſam maiori refertam priuilegio, ad minus priuilegiariam minimè trahendam.*

6 *Differentia inter Senatores ac Doctores aſsignatur.*

7 *Vxor mariti radiis illuſtrari ac umbra offuſcari ſolet.*

8 *Per ſubauditos intellectus vel coniecturas ad legum correctionem non eſſe preueniendum.*

9 *Magni interpretis eſt non facilè correctionem fateri, ſed contraria conciliare & ad concordiam redigere.*

11 *Cui conueniunt verba legis, eius quoque diſpoſitio conuenit eidem.*

12 *Liberorum appellatione filia quoque tametſi nupta & in patris poteſtate non exiſtens complectitur, & num. 140*

[illegible] *Filiorum appellationem nedum filiabus ſed & nepotibus conuenire.*

15 *Naturalia nedum accidentibus extra legem, ſed nec legibus ipſis immutari poſſe.*

16 *Leges transgredi non licet etiam ſi iudicibus iudicandi ſit data poteſtas cum clauſula remiſſoria ad conſcientiam.*

17 *Mulieribus nedum iure communi ſine vlla diſtinctione omnia veſtituum & ornamentorum etiam imperialium genera geſtare licet, ſed & iure diuino conceſſum eſt, & num. 45.*

18 *Aequalitatem inter filios ſeruandam eſſe.*

19 *Statutum ne mulier ferat margaritas de veris, non autem de fictis intelligendum nec ad filias fore extendendum.*

20 *In legibus liberiorem eſſe interpretandi facultatem, quàm in ſtatutis nouiſque conſtitutionibus.*

21 *Praeſumendum non eſt vt aliud quis habeat in mente quam quod verbis exprimat. verba enim vera animi paſſionum nota ſunt.*

22 *Filia Senatoris doctori nubens, an clariſſimatus dignitatem retineat, & num. 34. & 44.*

23 *Matronae quae dicantur.*

24 *Edictum regium non ad clariſſimatus, ſed ad officij dignitatem ſpectare, & numero 26. & 27.*

25 *Filia Senatoris viliſſimo homini nubens omnem amittit nobilitatẽ omnéque priuilegium.*

26 *Senatoria dignitas clariſſimos reddit homines.*

28 *Filia nupta tametſi in poteſtate mariti ſubiiciatur, ius tamen filiationis ſemper patri reſeruatur.*

29 *Longam eſſe differentiam inter conſuetudinem Pictauiae & Burgundiae, quae cauetur vt filia nupta in poteſtatem ſui viri tranſeat.*

30 *Vxor nedum diuina lege, ſed etiam ciuili iure marito ſubiecta eſt.*

31 *Differentiam magnam eſſe inter patriam poteſtatem & maritalem.*

32 *Emancipatio non in totum tollit patriam poteſtatem.*

33 *Conſuetudo in omiſſis à iure ciuili ſolet accipere interpretationem.*

35 *Statuto cauente vt omnes (exceptis nobilibus) ſubſidiis contribuere teneantur, Doctores ad contributionem non teneri, ſed cum nobilibus pro exceptis haberi.*

36 *Doctoris nobilitas tanta eſt, vt eius immunitas etiam ad filias tranſeat.*

37 *Vera nobilitas illa dicitur quae ex virtute prouenit, quaéque animum moribus curat.*

[illegible] *Doctores à plebeis in quibus differunt.*

[illegible] *Qui in dignitate aliqua conſtituti ſunt, haud plebei appellari poſſunt.*

[illegible] *Aduocatus procuratoris munus exercens immunitatibus aduocatis vel profeſſoribus conceſſis nequaquam gaudebit.*

41 *Aduocati vti milites militare dicuntur, nec minus humano generi prouident, quàm qui pralis ac vulneribus patriam parentéſque ſeruant.*

42 *Priuilegium conceſſum profeſſoribus actu legentibus aduocatis quoque competere, & num. 43*

43 *Doctor pœna capitis damnatus non erit vti ſacerdos degradandus.*

44 *Doctores (qui tamen non ſint inutiles) haudquaquam inter plebeios ſed inter nobiliſsimos & patricios connumerari, & num. 50.*

46 *Doctorum laudes ac fauores recenſentur.*

47 *Beneficia principum nedum ciuili ſed & pontificio iure latiſsimè fore interpretanda.*

48 *Poſteritati nos maximè debere.*

49 *Doctorem ſi quis plebeium eſſe contendat, non minus falſum dicit, ac ſi ſolem obſcurum eſſe aſſeueret.*

50 *Intellectus ad § plebiſcitum. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuili.*

51 *Immutatio Reip. ordine, ac aliam formam accipiente, nomina quoque dignitatum & officiorum immutari creduntur.*

52 *Diſponentis mens atque poteſtas ex proœmiis facilè cognoſci ſolet.*

53 *Mulier qua maritali beneficio clariſsimatus dignitatem accepit, ſi ſecundò non clariſsimo viro nubat, an clariſsima remaneat, & num. 55.*

54 *Argumentari à contrario ſenſu non licet, vbi abſurditas, vel iniquitas, vel legum abrogatio vel derogatio inde promanat.*

56 *Verba illa, Clariſsimarum fœminarum, &c. in l. fœminæ. ff. de Senatoribus. quomodo ſint intelligenda.*

57 *Antiquorum gloſſematum laudes ac labores extolluntur.*

58 *Accurſii opinio vni fauens negocio, quando contra communem ſententiam ſequenda ſit.*

CONSVLTATIO HABITA PER CLARISSIMVM CINVM CAMPANVM PRO *defenſione filiæ Senatoris nuptæ doctori, proindeque ad honorem Iureconſultorum.*

DVBITATIONIS eſt, an filia Clariſſimi ſena-
toris ſtante edicto Regio de ferendis veſtibus ſeri- 1
cis, aureis tortibus, ac cæteris ornamentis, ex eiuſdẽ
edicti verbis, quæ hic pro conſcriptis habeantur, ſi
iurium doctori, aduocatóque nupta ſit, illa geſtandi
liberam poteſtatem habeat. In quo dubio cùm cla-
riſſimi & excellentiſſimi profeſſores Dolani domi-
nus Claudius Muſy, & dominus Vibrandus Aytta
Zuichemus non minùs copioſè, quàm doctè & ſubtiliter de iure reſpon-
derint, tanquam eorum ſententiæ ſubſcribens pauca pro vtroque conſi-
lio addidero: illáque potius pro more, quàm quòd neceſſaria admodum
viderentur. Sed quoniam me rogauit qui iubere poterat, vt in omnibus
dubitationibus mihi voce ſignificantis fuſiſſimè ſcriberem, hæc forſan
nimis multa, vbi pauca illa videbantur ſufficere, libenter effudi. Et poſt-
quam non Laconicè ſed more aliorum conſulentium agendum eſt, ob-
iectiones nonnullæ premittentur, quæ poterunt ab aduerſariis excogita-
ri. Eſt autem primo in eiuſmodi cauſa conſiderandum quòd verba illa in-
definita, *& les enfans des Officiers*, licet verificari poſſint in filiis in poteſta-
te, in emancipatis, in nuptis, atque innuptis: attamen non modò vt inde- 2
finita, ſed & ſi vniuerſalia eſſent ad perſonas habiles referenda erunt. l.i.
in dictione vnuſquiſque, circa quam glo. Bart. cæteríque ſcriptores. C.
de ſacroſanc. Eccleſ. ita argumentantur in ſimili deciſ. pedem. 26. num. 8.
in materia feudali in dictione pro ſe, & hẹredibus quibuſcúnque. Sed ha-
biles de iure non ſunt filiæ nuptæ doctoribus ad habendas prerogatiuas
clariſſimarum, ergo de non nuptis, vel habilibus nuptis in quibus clariſ-
ſimatus dignitas, & patrum ſplendor ſeruatur ſunt verba intelligenda.
Ita videmus etiam quod ſi reſcripto caueatur, vt omnes teneātur ad col-
lectas, ſemper exempti & priuilegiati erũt eximendi. ſic ex contrario ſu-
pra inhabiles non comprehenduntur, quia à iure ſunt prohibiti. Rurſus
ea eſt doctrina ne dum ſuper indefinitis, verumetiam ſuper generalibus
verbis, vt debeant reſtringi ad cogitatum diſponentium. l. non omnis. ff.
ſi cert. petat. & ad mentem contrahentium verba quantumuis generalia
referri debere ſæpe reſcriptum eſt. l. vlti. in princ. C. quæ res pign. oblig.
poſſ. deci. conſ. 374. nu. 3. Sed diſponentis Regis mens ea extitiſſe digno-
ſcitur, vt nobilitatis ratio quædam haberetur in ferendis eiuſmodi orna-
mentis. Ergo ſequitur quod nullo modo de vxore doctoris intellexerit,
quæ nobilis eſſe non videtur, ſed potius de innuptis, vel de aliis nuptis
perſonis habilibus, vt lex ad rationem reſtringatur. Iuxta. l. Cùm pater. §.
dulciſſimis. ff. de legat. 3. Angelus in conſ. 170. in penu. col. Fulg. in conſ.

186. Rapha. Cuma. in conſ. 2. & conſi. 143. Bolegn. in conſi. 15. in princip.
vnde verba tametſi propriam habeant ſignificationem, nihilominus ſe-
3 cundum ſubiectam materiam ſunt aliter intelligenda. Ror. Roman. de-
ciſion. 10. numer. 6. in antiquis. l. ſi ſtipulatus. ff. de vſufruct. l. vbi autem
non apparet. §. vlt. ff. de verb. obligat. inſtit. de actio. §. ſic itaque.
l. in conuentionalibus in fin. ſecundum vnum intellectum. l. ſi non
trad. ff. de verb. oblig. l. pro tutore in conditionibus. ff. de cond. & dem.
l. pater Seuerinam. §. condictionum. ff. eod. l. non aliter. ff. de legat. 3.
cap. petitio extra de procuratio. l. ſi vno. ff locar. debent enim verba ad
eum ſenſum referri, quem verba rectè intelligentibus ingenerare
c. ex literis extra de ſponſal. Faſtol. cauſ. 24. dub. 46. num. 3. ſecundum
autem naturam rei ingenerare dicendum eſt, non ſecundum ſonum.
deciſion. pedem. 95. numero 37. neque verbum vllum tam generale,
& vniuerſale, quin debeat habita circunſtantiarum ratione intelligi.
4 Bald. de capi. qui. iur. vend. num. 20. in fin. cum aliis multis. Preterea non
debet huiuſmodi diſpoſitio trahi ad id quod Rex veriſimiliter non cõ-
ceſſiſſet, Grauet. conſ. 163. num. 4. ſed veriſimile quidem eſt de his non in-
tellexiſſe filiabus, quæ doctoribus nuptæ exiſtunt, quoniam apparet eui-
dentiſſimè quòd vxoribus doctorum vel filiis non conceſſit. ergo &c.

Accedit quod Principis mens talis preſumitur, qualis cum lege & ra-
rione naturali confirmatur. Dec. conſ. 64. num. 7. Iaſ. in l. ex facto. num.
5. ff. de vulg. & pupil. ex eo reſponſ. & in. l. inſtiror. col. 2. verb. [illegible]
primo. ff. de iuſt. & iur. idem Iaſon. conſ. 57. col. fin. vol. 3. Sed [illegible] repu-
gnat vt filiæ Senatorum vilioribus perſonis nuptæ priuilegiis [illegible]
5 diſſimis gaudeant, rationi etiam naturali reſiſtit: quia quilibet naturali-
ter ratiocinari poterit quæ ſunt in alicuius dignitatis prærogatiuam [illegible]
ceſſa trahi minimè ad aliam cauſam minus priuilegiariam debere, vt eſt
vxor doctoris, quæ quidem circa prærogatiuas non poterit cum vxore
Senatorum conferri. Hinc illud extat apud Liuium libro decimo primæ
decadis. *Certamen in ſacello pudicitiæ patriæ, quæ in foro Boarij eſt ad ædem rotun-
dam Herculis, inter matronas ortum. Virginiam Auli filiam patritiam plebeio nu-
ptam Lucio Volumnio conſules, quòd è patribus enupſiſſet, ſacris iure arcuerant.* Non
debent itaque verba generalia illa ita interpretari, vt abſurdum ſcilicet
vel confuſio naſcatur, vt Senatorum vxores ac doctorum pari quidem
paſſu ambulent, cùm longa ſit inter eos differentia, alij enim clariſſimi
ſunt, alij verò non clariſſimi, ſed potius ſi veram plebis definitionem, ſed
ſignificationem amplecti velimus, proculdubio exceptis patriciis, cæteri
6 omnes ſunt plebeij. ergo & in plebeiorum numero doctores eſſe [illegible]
gaudent. ſunt enim hæc Iuſtiniani verba in titulo de Iur. nat. gen. [illegible]
omnibus notiſſima in. §. plebiſcitum. *Plebs autem à populo eo differt [illegible]
a genere, nam appellatione populi vniuerſi ciues ſignificantur connumeratis [illegible]
patriciis & Senatoribus. Plebis autem appellatione ſine patriciis & Senatoribus [illegible]
teri ciues ſignificantur.* vnde inconueniens eſſet, vt quę iã plebeia [illegible]
cto cum plebeio matrimonio effecta eſſet eã habeat priuilegia quæ [illegible]

riſsimis conſ[illegible]duntur.l.fœminæ.l.ſi ſenatoris filium.ff.de ſenator.l. cum
te.C.de nupt.ſibiq; imputet quę cum clariſsimo iungi poſſet, permiſerit
ſe iungi cum plebeio,ad quod ex iureCanonico cogi non poterat cum li- 7
bera eſſe debeant matrimonia. c.requiſiuit.c.cum locum.c.gemma extra
de ſpõſa.31.q.2.§.1.c.1.& 3.&.2.q.3.c.præſens,vel patri imputet,qui qui-
dem talibus nuptiis cum plebeio contractis videtur iuri in ſuorum libe-
rorum fauorem diſponenti quod facere potuit filia conſentiente renun-
ciaſſe. l.ſi quis in conſcribendo.C.de pactis.l.2.§.1.ff. ſolut.matrimo. Et
prætcrea illud conſiderandum quod non ſolum filia hæc de qua agimus
inferiori ſimpliciter coniuncta eſt , ſed lege quidem Burgundionum,
quę manifeſtè declarare videtur vxorem in poteſtatem maritorum,quaſi
patriæ poteſtatis vinculo diſſoluto pertranſire:vnde longè expreſsius in-
[illegible] mariti qualitates,& conditiones tranſtulit, quibus ſubeſſe in-
[illegible]dentibus cogi videtur . recito verba quò facilius omnia intelligan-
tur. *La femme mariee ſoit qu'elle ayt pere ou ayeul paternel ou non, apres la conſum-
mation du mariage demeure en la puiſſance de ſon mary, tellement qu'elle ne peult
faire contractz entre les vifz, ne eſtre en iugement ſans licence & authorite de ſon
mary.&c.* vnde ſi vera illa regula eſt,quæ quidem habet quod mariti ra-
diis vxor ſolet illuſtrari,& vmbra offuſcari,quãto magis eam quæ in po-
teſtate mariti eſt his informari accidentibus neceſſe eſt? Nec obeſſe huic
cauſæ diffinitioni Accurſij dictum in.l.cum te. C.de nupt. quæ dicit cla-
riſsimatus prerogatiuã à patre deriuatam ita demũ perdi ſi plebeio nupta
ſit,non ſi honeſto alicui inferioris tamen ordinis,quoniam in primis ſu-
pra iam ex definitione plebis concluſum eſt , doctorem plebis nomine
comprehendi:vnde Accurſ.huic potius fauere opinioni videtur,& qua-
tenus controuerti poſsit,an doctor in eo numero ſit habendus. dicimus
Accurſium,neque lege neq; ratione vti,quod iamdudum iuriſperitis vi-
tio datum eſt vt per ſcriptores in l.illam. C. de collat. & quatenus ex eo
Diocl.& Maxim.reſponſo iaceat fundamentũ in eo quidẽ non niſi à cõ-
trario ſenſu hic elucet intellectus ,in interpretatione autẽ à cõtrario ſen-
ſu ſummopere illud cauendum eſt,ne tunc accipiatur cum legi vel cano-
ni aduerſatur, cuius fuit opinionis magnæ auctoritatis interpres Io. And.
in.c.publicato.in.3.col.de electio. Nam vel lex illa huic interpretationi
obſiſteret, vel dicendu eſſet quòd prima diuerſum ſtatuens huiuſcemodi 8
interpretationẽ impediret,vel per aliã à cõtrario ſenſu loquentẽ abroga-
retur.quod quidẽ nouũ eſſet & cõtra.c.à nobis loco extra de ſent. excõ.
& ibi.Panorm.Felinuſq; aduertũt cõtra.l.vlt.§.filij autẽ fami.C.de bon.
quæ.liberi.iũcta.l.pen.C.qui teſta.fac.poſſunt. Quæ iura Andr.Sicul.&
[illegible]ou.Roma.ſuis in locis Euerardo in centuria in loco à contrario ſen-
ſu referente diligentiſſimè ponderarunt , ipſéque rationem adiicit : quia
[illegible]bauditos intellectus,vel coniecturas ad legum correctionem [illegible]
[illegible]prouen iendum.glo.quam communis ſcript.conſenſus approbauit in
[illegible]ntes.in.§.quod ſi per 20.ſuper verbo petere de electio.lib.[illegible]. cius
autem [illegible] coniectu[illegible] ſtatus à contrario ſenſu argum. præter tex. in

cap.cum Apoſtolica de his quæ fiunt à prælat.glo.eſt in.l.cum antiquis ex quo reſponſo deducit.C.de furt.glo.ordinaria in d.l.2. C. de con[illegible]t. inſer.His igitur modis conueniens non eſt vt Vlpia. reſponſum in l. fœminæ in fin.ff.de Senat.apertiſſimè loquens infringatur, præſertim cum legum correctionem eſſe ſemper vitandam,niſi expreſſim id fiat præcipit ſeuerè Iuſtinia.in l.præcipimus. C.de appellat.etiam ſi in alio iure verſemur,vt admonet vulgatiſsimo in loco & paſsim ab omnibus allegato in c.1.&.2.de nou.oper.nunc. magníque interpretis ſit ad concordiam re[illegible]digere,vel contraria conciliare non facilè correctionem fateri: eſt enim id per quàm miſerum refugium.Sed clara Vlpia.in contrarium verba [illegible] d.l.feminæ recitemus. *Fœminis enim dignitatem clariſsimam mariti tribuunt, parentes vero donec plebeiis nuptiis fuerint copulatæ.Tandiu igitur clariſsima [illegible]na erit quandiu Senatori nupta erit vel clariſsimo,aut ſeparata ab eo alij inferioris dignitatis non nupſerit.*Ex quibus nonne apertè intelligitur,quòd vel Sena[illegible]tori vel clariſsimo oportet vt filia nubat vt ſit clariſsima?alioqui ple[illegible]rum in numero patienter erit.Sed eſt euidens doctorem non vt Sena[illegible]rem clariſsimum appellari,ergo ſequitur,vt omnia corruant,paritér[illegible] fatendum eſt tam euidentem Vlpiani legem à ſenſu per Accur.à l. [illegible]re coniecturali non ſubuerti,ſomniaréque Accur. (pace tanti viri d[illegible]tur.) Exiſtimo quod in d.l. fœminæ in glo.in verb. donec eandem præ-
9 beat differentiam quam in l.cum te. Recito Accur. orationem [illegible] d prehendatur,inquit ille, *Cautè differentiam patris & mariti. M[illegible] enim ſuæ vxori dignitatem non præſtat ſi alij nupſerit poſtea qui ſit inferioris d[illegible], dum tamen non ſit plebeius.* oportuiſſet ſanè vt Accurſ. ſi Vlpian.reſponſo voluiſſet ibi ſe conformare,vt aliter dixiſſet ſi Senatori vel clariſſimo, nó autem vt ſubiecit inferioris ordinis.Nam ideo Vlpianus illa verba adie[illegible]cit,quia potuiſſet filia ſua nubere perſonæ,quæ fuiſſet clariſsima,nec tamen Senatoriam dignitatem habuiſſet,vt ſunt filij , ac deſcendentes Senatorum,vel legitimi & naturales,vel adoptiui in poteſtate,vel extra po[illegible]teſt item exiſtentes.l.ſenatoris filius.l.emancipatum.ff.de ſenator. ex quo errore detecto facilè poſſumus ad alterum ratiocinari, vt eſt illud Virgilij. *Ex hoc vno crimine diſce omne.*l.dolum.C.de dolo.c.ex præſumptione [illegible]tra de præſumpt.vndéque conſequens videtur quòd filia nupta do[illegible]
10 qui in clariſsimorum ordine non habetur,ſed plebeio, non compet[illegible] prærogatiua geſtandi ornamenta, quæ illuſtribus ac clariſsimis perſonis ex regia permiſsione conueniant. Hæc diligentius quàm ſoleant [illegible]lentes obieci non inconſulto , ſed vt penitus omnis tollatur dubi[illegible], nihilq[illegible]e arduum ſilentio inuolutum de induſtria videretur.

Ex ad[illegible]rſo vero quò filia ſenatoris doctori nupta geſtare hu[illegible] ornamenta meritò poſsit his facillimè ab attente legentibus in[illegible], & primum illud argumentum & ver[illegible]ſimum & inſuperabile, v[illegible] legis vel communis , vel municipalis conueniunt , ibi & ei[illegible]
11 conuenire poteſt,argumento à contrario ſenſu.l. 4.§. tot[illegible].ff.[illegible] infecto.Alexander conſilio 54.volumin.ſecundo.v[illegible] quib[illegible]

non

non obſtan. volum. 4. Plura cumulat Felin. in cap. nonnulli. in princ. columm. 71. de reſcriptis. & Hyppolit. ſing. 336. incip. cui non conueniunt verba. Sed in huius conſtitutionis tenore talia ſunt verba: *Nos officiers que deſſus, leurs femmes & enfans.* Cùm itaque non ſolùm vxoribus Senatorum, ſed etiam liberis ea facultas indulta ſit, & intra liberos ſit etiam filia, tametſi nupta, vel ſit in patris poteſtate, vel non, l. cognoſcere. §. liberorum. ff. de verborum ſignificationib. l. ſed ſi hac lege. §. liberos. ff. de in ius vocand. l. liberos. ff. de Senatoribus. l. 1. §. rectè. ff. ſi tabul. teſtament. nul. extab. l. 1. in principio. ff. de bonorum poſſeſſion. contra tabul. l. moris. §. vt liberos. ff. de pœn. l. 1. §. perſonis. ff. de iuris immunitat. §. vltimo. Inſtitut. qui teſtamen. tuto. dar. poſſ. Cùm itaque officialium vxores ac liberos exceperit, verbis eiſdem vti poſſumus, quibus Vlpian. rectiſsimè ratiocinatur in l. 1. ff. de legat. præſtand. in hæc verba: *Generaliter autem parẽtes & liberos Prætor excepit:* nec gradus enumerauit. In infinitum igitur præſtabitur idemtidem, cùm Rex liberos exceperit, nec qualitates aut differentias filiorum adiecerit, dicendum eſt in infinitum omnibus exceptionem prodeſſe: hæc ille. Cùm igitur dictio illa, *& leurs enfans*, vel accipitur pro liberis, filiæ conuenit, vel etiam pro filiis, cùm filij appellatione indubitatum ſit filiam etiam contineri, l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tute. l. iuſta. ff. de verbor. ſignificat. & l. quiſquis. l. ſeruus. & l. liberorum. eod. tit. §. 1. in Autent. de non eligend. ſecun. nuben. l. filij. ff. de verbor. ſignificat. Quod communis opinio in contractibus reſtrinxit, ſecundum Alexand. in l. ſed & ſi hac. §. liberos. ff. de in ius vocand. Decius conſ. 433. num. 18. quinimò in propoſita ſpecie etiam nepotes continentur. Non enim nouum eſt in quampluribus caſibus filij dictionem nepotes complecti, l. filij. ff. de verbor. ſignificat. l. qui filiabus. l. qui quartam. §. vlt. ff. de legat. 1. l. quiſquis. verſic. item quæritur. C. ad l. Iul. maieſt. facit l. codicilli. §. inſtitutio. ff. de legat. 2. l. ſenatus. de rit. nupt. l. ſit. C. de natur. liber. Decius conſ. 353. numer. 1. & 5. quod Innocent. in c. ad extirpandas. de fil. presbyt. etiam in odioſis. ita fore accipiendum opinatus eſt, de quo nonnihil in c. in præſentia. de probar. per ſcriptores ibi. Sed quoniam leges aliquæ in odioſis in contrarium pugnant, quas hîc reponere operæ pretium non eſt, cùm de nepotibus diſputatio non fuerit à nobis inſtituta, eius breuiter ſum ſententiæ, vt & nepotes contineantur, vbi de fauore per legem vel conſtitutionem agatur. Decius conſ. 495. numer. 1. & conſ. 567. num. 8. Alexander conſ. 55. colum. vlt. lib. 3. Decius conſ. 570. nume. 1. & num. 12. Et ita video Doctores in communibus locis tranſiuiſſe, an ex vi & poteſtate fiat, an ex interpretatione per ſcriptores noſtros in vtramque partem certatum eſt. Sed in his non eſt extra caſum longiùs adlaborandum. Et vt ad rem redeam, profectò cùm dictio *& leurs enfans*, ſit dictio naturalis, id eſt, concernens liberos ex iuſto matrimonio natos, vt de adoptiuis nunc non diſputem ad quos. l. emancip. ff. de Senator. ſpectat, non video cur naturalis huiuſmodi dictionis complexio, ac propria germanáque ſignificatio non debeat continere filias nuptas vel innuptas, cùmpropter accidentia

N

matrimonij filiæ rei naturalis ſubſtantia mutari non poſsit:eſt enim ea ſententia inconcuſſa accidentia ſubſtantiam non immutare. Porphyr. in prædicabilib.de accident. Ariſtot.in prædicam.ſubſtan.quinimò vix forma mutata ſubſtantiam facit interire,l.Iulianus.ff.ad exhiben. Cùm ergo
14 per matrimonium filiæ quod ſacramenti eſt accidens naturale filiæ nomen mutare non poſſit etiam ſi tranſiret in poteſtatem mariti, quemadmodum in præmiſſis diximus, ſequitur neceſſariò dicendum, quòd filia nupta non excludatur ab huiuſmodi indulto, & liberali permiſsione regia. eſſe autem filij nomen naturæ teſtatur Bartoli auctoritate Decius conſil.570.numer.8.& allegat Alexandrum in conſil.160.libro ſecundo. Naturalia verò nedũ accidentibus extra legem, ſed nec legibus ipſis mu-
15 tari poſſe iamdudum notiſsimum eſt. Hopperus eleganter in libro aureo de arte iuris, lib.1.iuri ſanguinis nec renunciari poteſt, l.iura ſanguinis.ff. de regul.iur. nec præſcribi, l.iuſtè.l.nemo.ff.de vſucap.nec alio modo amitti,l.abdicatis.C.de patr.poteſtat.l.ius agnationis.ff.de pactis.Roma. in l.is qui.ff.de acqu.hæred. Ex his itaque ſequitur quod nihil aliud quærendum ſit,niſi an hæc de qua agitur mulier ſit filia Senatoris, vel officialis regij,non autem an ſit clariſsima,vel ne quia clariſsimum eſt accidens, non autem quid naturale ingrediens filij ſignificationem. Et idcircò hoc ipſum quærere nihil aliud eſt quàm velle(vt aiunt)nodum in ſcirpo quærere,quod quidem vitandum eſt. Nam aliquid addere legi vel conſtitutioni noſtrum non eſt,ſed eius qui legem condidit.l.vlt. C. de legib. Nos verò nihil aliud efficere valemus, niſi iis modis interpretari & intelligere quos leges ipſæ permiſêre, quod aliter antiquis iuriſprudent. aliterque prætoribus erat conceſſum. Heroici & ſublimis ingenij Hopper. de arte iuris in 1.libr.comminiſcitur, ſed addere aliquid, & ſubaudire quod à diſponente acceptum non fuit,nil aliud eſt,quàm velle præter illius mentẽ diſponere.Etenim ſi Rex voluiſſet vt filiæ ſolùm Senatorum innuptæ vel nuptæ clariſsimis hoc beneficio vſæ fuiſſent, nónne vno vel altero verbo id declaranti potuiſſet ſe expedire? Cùm autem lex regia non dixerit,non video cur nos aliter dicere, ac nouas diſtinctiones afferre debeamus, & à propria vocabuli ſignificatione recedere,contra notat.d.l.1.ff.de legatio. pręſtand.& contra omnes iuris regulas.Nam lex generaliter loquens,generaliter debet intelligi,vt vulgatum eſt, quod adeò verum eſſe dixit Decius.in conſilio 669.numer.3. vt tametſi maior eſſet ratio in vno quàm in altero caſu adhuc omnes comprehendi, l.1.§.quod autem. ff.de aleator. Item indefinitam dictionem æquipollere vniuerſali, l.pluribus. de lega.3. vniuerſalem verò certum eſt omnes caſus concludere, l. à procuratore. C.mandari.l.Iulianus.de legat.3. Decius in l.omnino. ff. ſi certum petat. Item vbi lex non diſtinguit, nos diſtinguere non debeamus. l.de precio. ff.de public.19.diſtinct.c.ſi Romanorum.cap.ſolitè. de maior. & obedientia.cap.quocirca.de priuileg.Capra.conſilio 149.numer. 7. Item leges
16 tranſgredi nos non debere, l.non dubium. C. de legibus. Quinimò licet eſſet iudicibus data iudicandi poteſtas cum clauſula remiſſoria ad con-

ſcientiam,Bologn.conſilio 48. numero 3. Item vbi ceſſant verba priuatæ
conſtitutionis vel ſtatuti,ceſſat quoque prouiſio eiuſdem Bald.in l.illam.
in princip.C.de collat.vtitur ea auctoritate Decius in conſil.671.num.6.
& ibidem etiam aliud eiuſdem Baldi dictum refert, & ſequitur in l. teſta-
mentum.C.de teſtament.quod huiuſmodi conſtitutiones eatenus diſpo
nunt,quatenus loquuntur , cui ſummoperè aſſiſtunt, l. ſi ſeruum. §.non
dixit prætor.ff.de acquiren hæred.l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matrimon.
Sed hæc verba, *& leurs enfans* , ſunt ſine vlla diſtinctione , & perplexione
prolata,& claram habent ſignificationem , ergo ad coniecturas non eſt
decurrendum,l.continuus.§.cùm ita.ff.de verbor.obligat. l.ille.ff.de le-
gat. 3. Quod eò manifeſtius fiet ſi ad ea capita decurramus , quòd vel hìc
ſumus in odioſis,vel ſumus in fauorabilibus,ſi in odioſa cõſtitutione quę
contraria ſit iuri communi,vt patet . Nam ex iure communi mulieribus
ſine vlla diſtinctione licet omnia veſtituum & ornamentorum etiam im- 17
perialium genera geſtare,l.1.C.vt nul. lice. in fe. Et conſequenter in cor-
rectorijs,in quibus omnibus nedum ſuſpenſo altè veſtigio procedere de-
bemus,verùm etiam moderatiſsimè , omnibus paſsim inclamantibus le-
gum correctionem quoad fieri poſsit refugiendum eſſe,niſi ſpecialiter ad
eam proceſſum ſit expreſsim,Iuſtinia.in l.præcipimus. C.de appel.in fin.
c.1.& 2.& ibi ſcriptores de no.oper.nunc. & tantò magis quando ſumus
in odioſis,quæ reſtringenda admodum ſunt, non autem latiùs amplificã-
da,c.odia.de reg.iuris.in 6.Bald.in l.non ratione. ff.de legib. Marian.So-
cin.in c.veniens.in repet. col.13. extra.de accuſat. talia ſtatuta prohiben-
tia ferri ornamenta mulieribus, nõ ſolùm odioſa,ſed iniqua reputari poſ-
ſe.vt refert & ſequitur Tiraquel.in l.3.num.2.de legib.connub. Quæ erit
ergo ratio ampliandi?nulla certè, quinimò ſumma ac euidentiſsima ratio
vrget,ſi ampliationi locus eſſet,vt omnino reſtringeremus ea quæ multò
magis iuſta ac magna eſt reſtringendi cauſa , quoniam publicam vtilitatẽ
reſpiciat,ne in poſterum clariſsimi Senatores dum quærerent maritos fi-
liabus clariſsimos , propter quos poſſent hæc nobilitatis inſignia de qui-
bus agitur geſtare , diutius quàm Reipub. liberis hominibus quæ repleri
optat expediat,matrimonia filiarũ prorogent, quæ ad facilitatem non ad
difficultatem redigenda ſunt,l.1.ff.ſol.mat.& adiuuanda omnibus viis,vt
in l.vnica.C.de rei vxo.act.vt eſt illud,Multiplicate,&replete terrã.Gen.
Suadet præterea alia ratio,ne cùm Senator plures habuerit filias,& ex his
vnam alicui nobili nuptui tradiderit,cuius cauſa illa geſtare pretioſa poſ-
ſit ornamenta , aliæ verò cæteris inferioris ſtatus non valuerint , capitale
perinde inter eas odium oriatur ac inter Ioſeph & fratres,cùm ille ſolus à
patre Iacob fuiſſet donatus,Amb.lib.37.de Ioſeph,vt ibidẽ Tiraq.recen-
ſet,vel filiæ perpetuò haberent cauſam quaſi quandam conquerendi ad-
uerſus parentes, cùm æquali traditione nuptui non tradidiſſent. Quæ ne
ſequantur incommoda,debent redigi ad æqualitatẽ,vt multa deducit Ti- 18
raq.de æqualitate.in 4.quæſt.nu.4.de iur.prim.Oportet enim vt æqualis
gratia iũgat,quos iũxit æqualis natura,ne diſſidia ac inteſtina odia cõſan-

guineorum corda occupent. Caſtrenſ. in conſ. 150. colum. 1. Roman. conſilio 385. & conſil. 438. Marian. conſ. 4. colum. 2. Doctores in l. cùm pater euictis. ff. de legat. 2. Bald. in cap. cùm acceſſiſſet. extra. de conſtitution. in princ. Quæ omnia tantò magis monere debent, cùm dictæ conſtitutiones vt ita fiat non repugnent, ſed ſummoperè conueniant, & natura ſua complectantur omnes ſorores & filias Senatorum: cùm verba illa *& leurs enfans*, vt dictum eſt, debeãt naturaliter intelligi, l. filio quem. ff. de iniuſt. teſtam. l. vltim. C. de his qui veni. æta. impetr. l. fideicommiſſa. ff. de condict. & demonſtr. l. ex ea parte. §. in inſulam. & ibi Bartol. ff. de verb. obligationib. Tiraq. de iur. primogen. quæſtion. 84. num. 5. & 6. præſertim in conſtitutionibus à iure communi deuiantibus, vt hoc exemplo Euerard. alio in propoſito docet, in c. 18. in loco à contractu. Quòd ſi mulier pœ-
19 næ ſubiiciatur ex ſtatuto ſi margaritas ferat, de veris ſanè margaritis, non fictis intelligendum erit, neque extendendum ad filias, quod & Bartolus antea ſenſerat, in l. 1. §. hoc interdictum. quoniam naturaliter debeant intelligi, non autem latiùs aut fuſiùs: debent enim, vt ſonant ſimiles conſtitutiones intelligi, l. 3. §. hæc verba. ff. de negoc. geſt. c. noſtra. de iniuriis. non autem addere *leurs enfans*, in poteſtate exiſtentes, vel nobilibus nuptæ. Fuerunt etenim ſemper nedum ad ſtatuta quæ intacta conſeruanda, & ad vnguem obſeruanda ſunt, ſed ad leges communes verborum additiones, aut extra verborum ſignificationes ſenſus reprobati, quemadmodum moderni Pariſienſ. latiùs. in l. Modeſtinus. ff. de ſolut. in numer. 19.
20 conteſtantur, cùm tamen in legibus liberior quædam ſit interpretandi facultas. l. ſcire leges. ff. de legibus. vbi not. quam in ſtatutis nouiſque conſtitutionibus quarum verba integerrimè conſeruanda ſunt, non autem amplianda, præſertim cùm ſint contra ius commune, vt notat. ab omnibus. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrimon. Tiraquel. de iur. primogen. quęſt. 58. num. 1. In quo quid caſu cùm de filiabus nuptis nulla locutio eſſet, tamen quia in eo quod omiſſum fuiſſet, eſſet ad ius commune recurrendum, Bald. in l. ſi plures. colum. 8. verſic. iuxta. C. de cond. inſert. Alex. conſ. 13. col. 5. lib. 3. Nec enim amplius immorandum eſt in ſtatuto, vel in conſtitutione, vbi verba illius deficiunt l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. notat. in l. nunquam. per Tiraq. num. 2. de reuocand. donar.

21 Accedit præterea tam multis veriſimilis interpretatio. Nam ſententia vulgata, & apud omnes recepta eſt, inueriſimile eſſe, vt aliud quis habeat in mente, quàm quod verbis expreſſerit, Rot. Roman. in deciſio. 2. in fin. in nouis. de lit. conteſtar. de hæretic. deciſio. 1. in antiquis. Nam cùm paſſim illud inculcatum ſit, verba intentioni deſeruire. cap. intelligentia. de verbor. ſignificatio. multis aliis ſanè artibus declarari mens poteſt, quàm verbis ipſis vulgata. l. Labeo. de ſuppel. leg. not. in c. dedit. in quæſtio. 1. Rota dec. 5. circa medium. de offic. delegat. in 3. col. ſunt enim verba veræ paſsionum animi notæ. c. ex literis. c. præterea. extra de verb. ſignif. ſi verba igitur illa propriè & naturaliter eam oſtendunt fuiſſe Regis mentem, vt indefinitè Senatorum liberis indulgeatur. Quomodo poteris facere

vt talia verba claudicent,& non verificentur niſi in quibuſdam ſolum,& propriam illius dictionis ſignificationem ad improprietatem trahere? Quod ita demum in noſtro iure fieri ſolet,cùm in proprio ſignificatu locum ſibi non poſſet vllo modo vendicare.c. cum aliquibus de reſcript.l. 2.de reſcript.Rot.de preben.deciſ.24.in nouis num.2. At hîc ceſſat ratio receſſus à proprietate,quia ſi vt ſonant locum habeat iuri communi cõfirmantur,quo ornamenta mulieribus ferre liceat,conſulitur eiſdem Senatoribus,quibus expedit,vt filiabus ſuis hoc concedatur,vitatur ſororũ inuidia,æqualitas inter filias ſeruatur,matrimoniorum curſus non impeditur. 22 Ex his itaque omnibus cum cognoſcatur , aut vocabuli propriam ſignificationem,aut naturam aut vim generis aut indefiniti, aut qualitatem interpretationis,conſtitutionis priuatæ reſpectemus , quæ ſumptæ eo modo,quo aut interpretanda eſt,aut qualitate eorum,quæ continentur,quæ correctoria ſunt , atque odioſa , aut veriſimilem conſtituentis mentem,aut æquitatis ſuaſionem,quis negabit verba *& leurs enfans,* eſſe in communem ſuam ſignificationem accipienda continere? & quis ampliſſimam verborum poteſtatem volet reſtringere in præiudicium filiarum Senatorum?oportebit vt ex magna & iuſta cauſa id faciat. ſic enim maiores noſtri ſoliti ſunt cum ab iis quæ conſtituerunt recedendum putant,vt decretorum ſuorum dicta in aliquo vitientur,magnam & iuſtam cauſam adeſſe voluerunt,ac repertis probationibus,quibus ab eis recedatur,ita Vlpia.in l.videamus.§.vlt.ff.de in lit.iuran.l.admonendi. ff. de iureiuran.& in.l.ſemper.§.ſed & ſi is ſit locus. ff. quod vi aut clam. Magnam autem & iuſtam cauſam eſſe dicent cum ſenatoris filia doctori & conſequenter plebeio nupta ſit, quo caſu filia prędicta clariſſimatus dignitatem perdit,ac non amplius clariſſima dici poſſit,& proinde nequaquam clariſſimæ perſonę ornamenta decentia geſtare,& eo minus quòd lege conſuetudinaria Burgundiæ dicatur filia tranſire in poteſtatem mariti,quæ poteſtas videtur omne paternum vinculum,quo huiuſmodi geſtandi ornamenta priuilegium allegari videbatur. Ex duobus igitur hæ pręcipuis iniiciunt ſcrupulum, ſed nos nullam iuſtam cauſam eſſe arbitramur,in primis ex generali reſponſione quòd diſputatio noſtra nõ debet eſſe an filia remaneat clariſſima vel ne.nam pro poteſtate ferendi dicta ornamenta nunquam id in iure lectum eſt,quòd oporteret filias eſſe clariſſimas,ſed omnibus licebat vt d.leg. 1. C. vt nulli lice. in fin. libro 12. & de auro & argento legato, per totum vnde amoto iſto fundamento ſufficeret filiabus non eſſe nuptas turpi vel vtiliſſimæ perſonæ, nam nec antiquitus licebat nobilibus , vel viris vel matronis ducere perſonas viliſsimas . Apparet autem euidentiſſimè quòd clariſſimatus dignitatis nulla habita ſit contemplatio , & quod fruſtrà diſputatur de auctoritate gloſ. in. l. cum te. C. de nupt. & de conciliatione legum ſcilicet.l.feminæ.ff.de Senat.l.filius.§.vidua.ff.ad municip. l. vltim. C. de dignit. libro.12. & quod in ornamentis ferẽdis circa mulieres omne nobilitatis ſtegma poſthabuit, & ſolum matronis Iuſtinia.Imperator.reſer-

uauit.d.l.vnica. C.nulli licc. Matronæ autem non ſolum illuſtres ac cla
riſſimæ fœminæ dicuntur,ſed honeſtæ mulieres, quæ vt ait Gellius lib. 8.
cap.6.in matrimonium cum viris cōueniant.Idem Gellius lib.18.cap. 14.
Quod autem Rex noſter Regum Monarcha non eam habuerit præ ocu-
lis dignitatem clariſſimatus apparet quidē luce clarius. Quis enim dicet
filias officialium variorum quos multos habet in ſua Burgundiæ prouin-
cia eſſe clariſſimas? cum exceptis Senatoribus & magnis Iureconſultis
non videam in iure clariſſimos vllos alios appellatos. Ferént ne ergo li-
24 beri officialium longè inferiorum à Senatoribus nomen clariſſimi quod
parentes non habēt, & filia Senatoris quia doctori & aduocato optimo,
ac vt audio ſapientiſſimo nupta fuerit,non feret? Officialis ergo filia no-
bilis appellabitur,hæc ignobili comparabitur? Conſtat itaque quod non
iure clariſſimatus dignitatis hæc feruntur ornamenta ſed cuius dignita-
tis,ac nouæ nobilitatis, quæ data eſt huiuſmodi officialibus, eorúmque
vxoribus & filiis. Qua in re illud diligentiſsime animaduertendum exiſti-
mo, quod ſolum illud eſt deſideratum vt talium virorū filiæ eſſe debeant,
quia propterea quod ſunt talium filiæ,ipſæ proprio nomine vocatę intel-
ligātur ad huiuſmodi prærogatiuam quia filiæ ſunt, & ſic iure proprio fi-
liationis, argumento eorum quæ notantur in l. ſi tibi.§. ſi pactus & ibi
Barto.nu.9.ff.de pact. vt enim filię Senatorum vel officialium non vt cla-
riſsimæ,& ideo qualitas ſimilis fruſtrà requiritur. Bened. Capr. conſ.72.
nu.3.Barto.in l.quod dicitur.ff. de verb. oblig. quoties igitur reperietur
habere eam qualitatem filia propter quam proprio iure ac nomine admiſ
ſa eſt ad geſtationem huiuſmodi, fruſtra aliæ qualitates in conſtitutione
non incluſiuæ quærentur,nec ceſſabit in eis priuilegium, quia ceſſet cla-
ritatis clariſsimæ fulgor,nam tum ea ceſſante per matrimonium,ceſſaret
effectus priuilegij.l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patrona.c. cum ceſſante
de reg iur. in 6.quoties ea qualitas à Sereniſſimo Rege fuiſſet requiſita.
l.ex facto in prin.ff.de vulg.& pupil.l.vlti. in fi.vbi Aretin. not. C. de in-
officio.teſtam.l.cui eorum.§.affinitas.ff.de poſtul.l.tuis.ff.de teſtam.mi-
lit.cum ſimilibus:ſed illa non fuit requiſita à Rege, ſed ſolummodo quod
ſit filia, quæ qualitas cùm ſit naturalis, nullo accidenti poteſt peruerti.
Nā vel nubat doctori vel clariſsimo ſemper eſt filia,ſed obiiciet aliquis ſe-
quetur itaque quod etiam ſi nupſerit viliſsimo, erit digna hoc priuilegio,
25 quia adhuc filia ſit,ſed hæc illatio non valet. nam ſi viliſsimo nubat, tūc
ſe indignam tanto patre penitus declarauit,& huiſmodi prerogatiua na-
turali qualitati filiæ Senatorum attributæ,argumentum eſt legitima quæ
quidem iure naturæ filiis omnino debetur.l.omnimodo.C.de Inoff.teſt.
ſi tamen filius ſeſe indignum tali patre oſtenderit non ſubuertitur ius na-
turale, ſed beneficium quod à iure & obligatione naturali deſcendit, vt
eſt legitima,quæ fructus eſt illius naturalis qualitatis. §. aliud quoque in
Aut.vt cū de app.cognoſcit,ſic itidē impeditur fructus huius cōceſſionis
cū penitꝰ à patre degenerauerit,ſed ſi honeſtę perſonę nupſerit nō artifici
nō populari ſimplici quēadmodū verba illa conſtitutionis oſtēdūt, *tous cō-
munement ſimples gens populaires tant artiſans que autres ſemblables*.quando ille

cauſam edicto dederunt,non dubito quin vbi matronalem pudorem cõſeruauerit geſtare poſsit,etiã ſi inferiori à Doctore nupſerit,quia illa qualitas naturalis quòd ſit filia non tollitur vllo modo, ſed ſemper remanet, cuius qualitatis intuitus dummodò non ſit vt dixi, dehoneſtatus reſpiciendus eſt,nec obſtabit quod videatur abſurdum quòd vxor ferre poſsit, maritus non poſsit,cùm maritus non eſt filius Senatoris,ſed filia Senatoris eſt.Et qui eam geſtantem viderit, maritum verò non geſtantem,dicet hæc filia Senatoris eſt, ille non Senator, nec Senatoris filius,vnde honos omnis refertur ad illas Senatorias qualitates impreſſas,nec vllum erit abſurdum.Non erit præterea alia ratione abſonum,cùm & differentia in geſtandis huiuſmodi ornamentis à iure quoque communi habita ſit, d. l. vnica. C.nul.licc.in fe. lib.11. Nec eſt nouum ſtatuta ac ſimilia edicta recipere in dubiis tollendis à iure communi interpretationẽ,& minus lędant ius commune,Calia.conſ.64.num.2.l.Cæſar.de public.& ibi Bart.l.2.de noxa.c.cùm dilectus.Quinimò quia contra ius commune eſt,reſtringi omnino debet,Bart.in aut.quas actiones.C.de ſacroſ.eccl.Decius in conſ. 617.num.5.& in conſ.679.num.3.vbi plura cumulat. Capr.conſ.62.in fi. tametſi hìc nulla cadat reſtrictio, ſed potius vt intelligatur vt verba ſonant,quod faciendum eſt,Calian.conſ.63.num.4.verſ.quia reſpondetur. Ex quibus video apertiſsimè demonſtrari, quod nõ modò ſi filia Senatoris nupta ſit Doctori,ſed etiam alteri,dum non ſit ſimplex popularis & artifex,competere huiuſmodi ornamẽtorum geſtationem.Huic noſtrę admirabili declarationi quæ & vera eſt,nec iuri repugnans,duo video obiici poſſe,alterum quod in edicto Regis habetur, quòd videatur Rex ſereniſsimus in fauorẽ nobilitatis eiuſmodi edictum feciſſe in illis verbis : *Ne ſe pouuoyent decerner ceux de la nobleſſe,& perſonnages d'auctorité.* Secundò cuius ſupra in diuiſione alia meminimus,quòd hæc filia videatur quamlibet prærogatiuam amiſiſſe, cùm in poteſtatem mariti tranſeat, & proinde ſecundum mariti qualitatem infirmetur,cùm duo vnum efficiantur,33.q.5. c.mulierem.Verba conſuetudinis ſupra repoſuimus,ergo eandem in omnibus ſortietur conditionem.Ad vtrumque facilè reſpõdemus, ad primũ enim aduertendum eſt,quòd nõ ea ſolùm nobilitatis ratio præ oculis Regi fuit,ſed aliæ præter eam, & illa quidẽ fuit potiſsima ex qua omnis cauſa deducta fuit edicti,dum ait: *Neantmoins ſommes aduertis que communement ſimples gens populaires, tant artiſans qu'autres ſemblables, portoyent velours,ſatin, damas, tellement que pluſieurs en eſtoyent reduits en mendicité & pauureté, ayant conſommé par tel moyen tous leurs biens & ſubſtance. Et outre ce ne pouuoyent eſtre diſcernez ceux de la nobleſſe & perſonnages d'auctorité d'auec les autres.* Tres itaque ex his verbis cauſæ colliguntur.Prima,vt olim factum eſt ne populares ſimplices impenſis his inutilibus in graue eorum damnum abuterentur. Secundò,vt nobilitatis ratio haberetur.Tertiò,vt perſonarum auctoritatis. Ex quibus patet nobilitatis ſolummodò rationem non fuiſſe habitam, ſed etiam perſonarum auctoritatis. Perſonarum autem auctoritatis, non recedendo à verbis edicti duplex deſcribitur, principalis

ordo.alter officialium parentum, in quorum numero ſenatores ſunt, alter ab eorum dependentium,id eſt vxorum & filiorum. Quis ergo negabit ex hoc bene intellecta diſtinctione quin filiæ ſenatorum honeſtis viris nuptæ propterea quòd ſenatorum filiæ ſunt non ſint perſonæ auctoritatis?eſſe perſonas auctoritatis antequam nubant certiſſimum eſt. Alioqui ſibi edictum contradiceret,& eſſet ridiculum vt in enarratione perſonarum quamprimum perſonas ſine auctoritate deſignaret : quod non eſt dicendum.vnde eſt certiſſimum, quod etiam annicula filia ſenatoris, vel officialis alterius Regij,quia talium perſonarum filia eſt, *& telle perſonnage d'auctorité*,vt verba ſequentia præcedentibus conueniant,non autem abſurdè abhorreant,quod ne fiat valde cauendum eſt. Dec. conſil. 696.nu.15.& ſequent.alioqui ſi ſecundum ea non declararētur quæ præcedunt alias perſonas etiam adieciſſet,nullius auctoritatis nec nobilitatis intelligendo de illa diſtincta nobilitate naturali, de qua edictum loquitur. nam filij officialium alia ratione nobilis dici non poſſent ſi nati ex nobilibus non fuiſſent parentibus, & ſi inquam officiales qui & plebei origine eſſe poſſent,origine quoque nobiles eſſent.nam præter ſenatoriam dignitatem quæ facit clariſſimos ſecundum ius commune regulariter non nobilitatem affert ſed facit eſſe perſonas auctoritatis. Quemadmodum patet in antiqua illa Romana Repub. vbi erant quamplures
26 magiſtratus plebei inter quos maximus ille erat tribunitiæ poteſtatis, qui & ſacroſanctus dicebatur , & tamen plebis magiſtratus erat differens à nobilibus,ſed plurimum auctoritatis & dignitatis habebant , & eorum filij illa quoque fulgebāt dignitate,& auctoritate.colligi facilè hæc poſſunt non modo ex hiſtoriis,ſed etiam ex l.2.vbi Cagno.plura.ff. de orig. iur.Cùm ergo tali auctoritate ac dignitate paterna filia fulgeat,ſitque ea de cauſa relicta poteſtas ornamentorum geſtandorum, idque propterea quòd filia officialis ſit,parum intereſt ſi clariſſimæ perſonæ vel non nobili nupſerit,quia neutra iſtarum qualitatū deſideratur, ſed ſufficit quod habeat illam qualitatem quòd ſit filia perſonę in auctoritate & dignitate poſitæ,quæ quidem qualitas tanquam à natura accepta nubendo deperdi nō poteſt,cùm qualitas filiationis nullo iure tolli poſſit,vt dictum eſt, & ipſa eſt vt filia ab edicto vocata non vt nobilis non vt officialis, ſed vt ab homine deſcendens habenti auctoritatem vel dignitatem, quæ ſemper vt filiæ cohæret,quia ſpecialiter per nomen filiæ vocata eſt non ad dignitatem,nōn ad ſplendorem,ſed ad quod etiam ſibi licebat per ius cōmune vt.d.l.nulli liceat in fi.lib.11.& idcirco non valet argumentum deſumptum ad hanc materiam ex.l.feminæ.ff. de ſenator. quia ibi non tractatur de habilitando perſonam ad aliquid faciendum quod ſibi iure cōmuni competeret,ſed potius ad conſeruandum ſibi accidens præcipuum & ſpeciale clariſſimatus dignitatis.qua quidem differentia rectè conſiderata non eſt mirum quòd diuerſum ius ſit conſtituendum,cùm facilius ius ſpeciale tollatur quàm commune l.eius militis.§.militia miſſus. ff. de teſtamento.milit.& ita arguit Matheſil.in ſingu. 122. & vbi aliquid ſpeciali

ciali iure receptum eſt, inde ratiocinamur aliter de iure communi ſtatuẽdum. Decius conſ. 175. num. 7. l. ius ſingulare. ff. de legibus. Doctores in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat. Hoc eodem argumenti genere vtebatur Iaſon in alio caſu, in l. 2. C. de fideicommiſ. Et eſt ſumma hac in re differentia, nã 27
clariſſimi ſplendor multa ſecum ferebat commoda, ac dignitates & ſplẽdores eminentiſſimos, qui nullo inferiori accidenti debebant etiam nubendo comminui. At vero ferre ornamenta illud ſolùm habet, vt quæ geſtet ſe filiam Senatoris eſſe, vel Regij officialis demonſtret. Cùm ergo quàm valde ſit diuerſa, diuerſum quoque ius omnino iudicandum eſt, l. illud. ff. ad l. Aquiliam. latè Euerard. in loco à ratione. Et idcircò vide talem quæſtionem de clariſſimi dignitate fruſtra in hoc caſu controuerti, cùm non de re tanti momenti agatur, ſed de ea quæ minima eſt inter alias prærogatiuas. Quòd ſi quis diceret, non minima eſt, quinimò maxima, quia diſtinguit nobilitatem: dico non eſſe id ſimpliciter verum, ſed diſtinguit etiam perſonas quaſdam nominatas, quæ non habent naturalem illam nobilitatem, inter quas perſonas filiæ Senatorum & officialium ſunt nominatæ ab ipſo Rege: & ideò ſufficit tales eſſe filias, etiam quò nubant inferiori à clariſsimis, quia non eſt de clariſsimis diſputatio.

Sed contra noſtram hanc æquiſsimam, rationabilem, ac ſtricto etiam iure ex verborum vi colligendo defenſibilem deciſionem, ſecunda inſurgit dubitatio, quòd hæc filiationis qualitas videatur ferè obruta à mariti imperio ac ditione, quam in vxore ex conſuetudine Burgundiæ obtinet. Ego ſuprà latiùs dixi, nullo modo poſſe hoc naturale ius extingui. §. ſed naturali. Inſtitut. de iure nat. gent. & ciuili. §. vltimo. Inſtitut. de l[illegible] agnat. tut. l. 2. in fine. ff. de vſufructu earum rerum quæ vſu conſum. & ideò reſcripta contra ius naturale aliquod irrita ſunt, l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offer. Marc. Mantu. ſingu. 395. ſed poſito & non conceſſo quòd hæc paterna poteſtas in maritalem tranſlata eſſet, adhuc vehementer miratus ſum quòd ex verbis dictæ conſuetudinis id aliquid audeat affirmare, quando ex [illegible] poteſtas marito quàm quòd habet de iure com[illegible] actu per mulierem, ac vxo[illegible] faciendo, et verba ſunt [illegible] obiectionibus à me deſcripta. In cæteris vero quod eandem habeat, & fortaſſe maior in quo[illegible] 28
exprimat conſuetudo maritus poteſtatem [illegible] Decius eleganter in conſil. 21. num. 5. In[illegible] enim quod filia nupta eſt in poteſtate mariti [illegible] quæſtione 5. c. mulierem. vbi omnino viro ſubiecta dicitur. & ideò non [illegible] abſurdum, vt ius ciuile decideret vxorem à viro vindicari poſſe, l. 1. per hanc. & ibi gloſ. ff. de rei vendicat. Quare non mirum eſt ſi viro caſtigandi quoque vxorem poteſtas concedatur, notat. in l. conſenſu. C. de repud. & [illegible] ibidem ſequenti gloſ. in c. quemadmodum de iureiur. [illegible] mulier quanto tempore viuit vir, alligata eſt legi ipſius [illegible] quæſtion. 1. & cap. adducitur 17. quæſtione 2. c. [illegible] quæſtion. 1. Paulus ad Corinthios ſeptimo, & [illegible] conditum lege naturæ. [illegible] 35. quæ.

ſtione 5. & ideò non mirum etiamſi legitur vxor [illegible] ſuos mari-
tos appellare, l. ea quæ. in princip. vbi Bald. notat. ff. de donat. [illegible] inter vi-
rum & vxorem. l. Lucius. §. quæ marito. & ibi Bald. ff. de legat. 2. [illegible]
in l. vxorem. §. teſtamento. de legat. 3. l. aduerſus. C. de crimin. expil. [illegible]
Sed tamen licet hæc de iure communi videantur ita eſſe, & conſequenter [illegible]
ſecundum eiuſmodi modum credendum eſt fuiſſe locutum conſuetudi-
nem, cùm [illegible] omnino [illegible] leges ac conſtitutiones vel con-
ſuetudines debere [illegible] ius commune interpretari. Id [illegible] de-
bet intelligi, ne per hoc intelligatur filia ex nupta a poteſtate patris, [illegible]
leges aliter [illegible] perquam multæ loquantur, quas cumulat [illegible]
Tiraquel. ne alieni ſudoris plagiarius videar, in tractat. de lege connubia-
li, in [illegible] verbis, l. 1. in fine. & l. ſequenti. ff. de libe. exhibend. l. [illegible]
§. quod ſi in patris. & l. quoties. ff. ſolut. matrimon. & l. 1. §. 1. ff. de [illegible]
agnoſcend. & l. cum qui. §. ſi nupta. de inur. cum aliis innumeris [illegible]
per eum more ſuo cumulatis. Eam autem perplexitatem ita conciliandam
dum puto, vt in iuribus maritalibus omnino ſequamur [illegible]
poteſtatem mariti, quoniam ſanctæ quoque leges ita iubent. Cæterum
quo ad alia quamplura quæ pertinent citra præiudicium poteſtatis ma-
riti, vel ad honorem, vel commoditatem vxoris, & è contrario ad ho-
norem, & commodum patris ſit filia in poteſtate patris, vt [illegible]
tatibus ab inteſtato, in exhæredationibus, in alimentis præ[illegible]
tione reſtaurationeque dotis ſi prima deperdita ſit, vt [illegible]
ff. ſoluto matrimonio. per Bartolum & alios in l. ſecunda. ff. [illegible]
trimonio. in dote repetenda per patrem, vt ex variis legibus [illegible]
lo ab eodem cumulatore poſitis colligi poteſt, tametſi ipſe [illegible]
ret, ſed plerunque non digerat, & numero ſecundo nimis [illegible]
brachio conciliare quærat. Quantum autem ad noſtram hanc conſue-
tudinem pertinet, non ita interpretandam putarem, vt dicamus [illegible]
dem eſſe diſpoſitum, quod in conſuetudine Pictauiæ ex libro de [illegible]
quinto, quam reponit Tiraqu. in principio ſui tractatus, de lege connu-
biali. quando ea quidem clariſſimè diſponit non amplius eſſe in poteſta-
29 te patris, ſed mariti, dum inquit: *Par la couſtum d'icelui la femme* [illegible]
non de ſon mary & n'eſt plus en pouuoir de ſon pere ſi elle l'auoit. Sed [illegible]
conſuetudinis verba taliter ſonant, vt eam eſſe conſuetudinem de-
camus, de qua loquutus eſt Ioannes Faber in §. primo de Senatuſcon-
ſulto Tertulliano, cuius meminit Tiraquellus in dicta l. prima con-
nubiali. numero tertio. Dixit enim Faber, quod [illegible]
ciæ vxor tranſit in mariti poteſtatem, quamuis etiam [illegible]
tris poteſtate, vel quia Burgundia ſeparata eſt a Francia [illegible]
tum & iuriſdictione, & Duces Burgundiæ ſeparatas [illegible] le-
ges. Dicerem ſolummodò dicta verba noſtræ conſuet[illegible]
ferenda ad eam poteſtatem maritalem, de qua [illegible]
tution. de Senatuſconſulto Tertulliano. Cuius cum mul[illegible]
citatibus meminit idem Tiraquellus in dicta l. prima [illegible]

to 2. vt ſcilicet cùm conſuetudo de qua agimus dicat: *Apres la conſommation du mariage demeure en la puiſſance de ſon mary*. Referatur ad prædictos iuris intellectus, & dum ſubijcit: *Tellement qu'elle ne peut faire contracts entre les vifs, ne entrer en iugement ſans licence & auctorité de ſon mary*. Ea ſcilicet adiectio oſtendat eatenus, quatenus ſeſe extendat eiuſmodi poteſtas maritalis, & non vltra, cum illa dictio taliter, ſit dictio demonſtratiua ferè ad digitum. l. tale pactum. ff. de pactis. l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. faciunt quæ à gloſſa & ſcriptoribus notatur in l. 1. in verbo eatenus. ff. de operis noui nunciatione. In his enim ſpeciebus quæ recenſentur, tantummodò videtur patriæ poteſtati derogatum, in cæteris verò omiſſis ſemper ad ius commune redeundum eſt, l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. Quod ſi fortaſſe huiuſmodi dictio, *tellement*, lingua Gallica haberet aliam latiorem expoſitionem, attamen ita accipienda erit in hac ſtricta conſuetudinis materia, vt ſtricte potius quam largè accipiatur. Matheſilanus ſingulari centeſimo nonageſimo tertio, numero tertio, vbi dicit, per talem regulam fuiſſe in ſpecie ibi propoſita per omnes Doctores Italiæ, [illegible]it. Rodulphus. d. reſcriptis. l. furioſo. C. de nuptiis. Inſtitutio. qui dare tutores poſſunt. §. vltimo. Gerardin. ſingulari ſeptimo, numero 2. Augetur præterea hæc interpretatio, quòd filia non tranſierit penitùs, niſi quoad quid in poteſtatem mariti, quia ſubditur in fine: *Mais elle peut teſter ſans l'auctorité de[illegible] ſuſdicts ayeule, pere & mary*. Quòd ſi abſolutè eſſet ſub poteſtate patris, procul dubio nec teſtari poſſet. impediret enim quemadmodum patria poteſtas teſtamenti factionem, etiamſi conſenſus paternus accederet, vt eſt vulgatum, vt eſt ſecundum communem opinionem, de qua Guido Papa in ſingulari ſuo nonageſimo primo, [illegible] ad donationem cauſa mortis, ſic eandem quoque teſtandi facultatem impediret maritus, ſi vxorem abſolute in poteſtate omnimoda retineret, quod contrarium ſtatuit conſuetudo, ſed quòd ipſe maritus talem non habeat poteſtatem, ibidem ponderando illa verba: *Sans l'auctorité de[illegible] ſuſdicts ayeule, pere, & mary*. Quaſi diceret conſuetudo, quod [illegible] vel [illegible] poteſtatem ſupremam [illegible], ac poſt hos aliqualem mari[illegible] circa [illegible] facultatem, attamen non tantam, vt vltimarum voluntatum diſpoſitio impediatur, & denique vt non mihi ſolum fidem adhiberi velim, qui quaſi exterus, ignarus huiuſmodi conſuetudinum interpretandarum facile ab aliquibus potero reputari. A[illegible]ctoritas Caſſanei patroni, olim cæterorum [illegible] & [illegible] in partibus Galliæ ſua tempeſtate ſecundi, qui in ſimili [illegible] fere [illegible] conſuetudine Ducatus Burgundiæ concepta in verbo ibi, *en puiſſance de ſon mary*, declarat fere ita intelligendum, quod mulier [illegible] in [illegible], id eſt mariti poteſtatem & familiam, vt l. [illegible] C. de [illegible], cum alijs per eum ibi adductis. Item ſeq[illegible] in C[illegible] [illegible] in § primo, de Senatuſconſulto Tertulliano, [illegible] [illegible] us, ſententiam [illegible] opini[illegible] [illegible] [illegible] per hoc exitum poteſtate [illegible] C. [illegible]

lat.l.ſi vxor.cum gloſ.C.de conditio.inſer. gloſ.in l. ſicut patronus.ff.de oper.liber.poteſtatem verò viri coarctat Caſſan. ad corpus & ſubſtantiæ vxoris diſpoſitionem acceſſens Dei vltionem in Geneſi tertio, ad Euam inquientis, multiplicabo ærumnas tuas, & conceptos tuos in dolore paries filios tuos, & ſub viri poteſtate eris, & dominabitur tui, quæ poteſtas
30 vt Caſſan.deducit, verificatur in debito carnis.nec enim habet illa ſui corporis poteſtatem, ſed vir eius, cap. non debet. de conſanguin. Item ad omnia obſequia tenetur, cap. hæc imago. cap.eſt ordo. 2[illegible].quæſtion.[illegible].Panormit.in c.literas.extra.de reſtitutio.ſpoliat. Item ſubdita viro, [illegible] quid enim agit, mariti lucro cedit, l. ſicut patronus.ff.de oper.libert. [illegible] quòd maritus poteſt caſtigare vxorem. Luc. de pena. in l. quicunq[illegible] ſecunda & tertia columna, C.de re militar. lib.12. Item eſt adeo obligata marito, quod etiam ſi incidat ſibi comam cauſa deuotionis, eſt ex[illegible] municata, c.quæcunque.30. diſtinct. Hi ſunt effectus in quibus ſecundum Caſſan.huiuſmodi poteſtas verificatur, qui licet prima fronte videantur reddere illam patriam poteſtatem collatam marito: attamen mihi videtur Caſſan.& alij ſcriptores omnia inuoluere. Præter nonnullos [illegible] illis effectibus, illi alij non redolent imaginem patriæ poteſtatis in in[illegible] excepta cum acquiſitionis faciendæ per vxorem marito.alij ſunt q[illegible] effectus qui & ab alijs perſonis præſtantur, qui non ſunt in poteſtate. li berti enim præſtant obſequia patronis, de obſequ.liber. Caſtigatio quoque non ſolùm eſt mariti in vxorem, ſed etiam propinquorum in [illegible] propinquos, vt in rubric.C.de emend. propinq. & in nigro. Quod verò mulier teneatur reddere debitum viro, ſi hic eſſet effectus poteſtatis, [illegible] que & mulier haberet maritum in poteſtate, qui eidem præſtare tenetur, c.non debet. de conſanguinitat. & affinitat. Vnde illa opinio quam tenuit Bald.in c.vnico.an marit.ſucced. vxor.in benefic.dum [illegible] poteſtatem quoad debitum carnis, videtur mihi ridicula, & miror quod Caſſan.& Tiraquel. hoc approbarint. Dicerem ergo quòd illa verba,
31 *puiſſance de ſon mary*, intelliguntur non de illa poteſtate patris, cui [illegible] mittitur iuſtè occidere filiam, l.pater. & l. ſi euenerit. ff. ad l.Iul.[illegible] [illegible] dult.Eſt enim illa in multis ampliſsima. Poſſunt enim parentes ob [illegible] ſitatem vendere filios quos habent in poteſtate: vt [illegible] tit.de his q[illegible] [illegible] ſtraxer.quam poteſtatem nunquam auditum eſt quòd habeat maritus [illegible] bet ex poteſtate pater iura ſuitatis in filios, quod [illegible] cum [illegible] eſt quod maritus habere non poteſt. Sunt enim [illegible] ſuitatis [illegible] vt dicebat Bald.in l.ſi in vita. C.de nupt. Vnde aurea illa [illegible] n[illegible] vox facit in §.1.de patria poteſtate, dum [illegible] *autem* [illegible] *in liberos habemus proprium, eſt ciuium Romanorum, nulli enim alij ſunt* [illegible] *qui talem habeant poteſtatem, qualem nos habemus*. Non enim dixit [illegible] ſtatis quod maritus vxorem habemus. Baldus igitur [illegible] ſtinguere in dict. l. ſi in vita. duplicem eſſe poteſtatem, alteram [illegible] nalem, alteram maritalem, ſi non fuiſſet eo progreſſus vt [illegible] pſerit eſſe maritalem, quam paternam, rectius dixiſſet, q[illegible]

neciſque in caſibus præmiſſis poteſtas vt dixi non eſt apud maritum. Eſt ergo illa maritalis poteſtas leuior paterna:nam quoad vſum corporis ad inuicem hæc mutua eſſe inter virum & vxorem debent.l.2.& 3. de donat. inter vir.& vxor. cum de iure ciuili perpetuæ conſuetudinis ſit communio inter virum & vxorem vt ex definitione matrimonij dignoſcitur in inſt.de patr.poteſt.& coniuges appellantur quaſi in amore æquali coniuncti eſt humanæ ac cœleſtis vitæ conſortium inter virum & vxorem:& qui putāt vxores eſſe ſubditas eo modo poſt aduentum Chriſti maritis ſicut in lege Moſaica,opinor quod valde decipiantur,nam adhuc peccati labes eo tēpore durabat ob comeſum in paradiſo pomum:& ideo quod fuit ſemper maximè obductum mulieribus,vt ex hiſtoria Papirij Prætextati cognoſcitur apud hiſtoricos forſan in earum quoq; pœnam permittebatur, quod haberent vxores vt Moyſes, vt Dauid, vt longe plures ſapientiſſimus,& quod vnam haberet in eas poteſtatem quam deſcribit diuus Auguſtinus lib.quæſt.ꝟ num.4.c.59. facit.c. Manifeſtum, &.c. voluit.[illegible] ſed Saluatoris noſtri lege aliud fuit inſtitutum.dicitur enim,relinquet homo patrem & matrem & adhereat vxori ſuæ,& erunt duo in carne vna, quæ verba referuntur & ad cœlum extolluntur a ſanctiſſima Sinodo Tridentina ſeſſione.24.in princip.& ideo Deus optim.Maxi. cum ſanctiſſimum hoc ſacramentum ante peccatum parentis Euæ inſtitueret æqualitet eos [illegible] ans quos Deus coniunxit homo non ſeparet:quam & amoris æqualitatem diuus Paulus ſentiens dicebat:*Viri diligite vxores veſtras, ſicut chriſtus dilexit Eccleſiam*.nam vt idem ait ad Corint.ca.11.*ſicut mulier de viro, ita & vir pro muliere, quæ æqualitas non tantum efficit quin vir dicitur caput vxoris, ſicut chriſtus & viri & Eccleſiæ caput eſt*. Quamobrem dicere poſſumus quod veluti caput habeat in poteſtate quadam ſua potētia membra, corporis totium, ſic & maritus habeat in poteſtate vxorem ſuam, vt de ea ad honeſtum libitum diſponat,alioquin nec caput membrorum ſuorum eſt dominus.Liber homo.ff.ad.l.Aquil.& de his qui ſibi mort.conſciu. per totum.de qua potentia ac poteſtate dicendum eſt in principis ſenſiſſe cōſuetudinem Burgudam,quæ à Chriſtianis codita fuit,& in cæteris ſe conformaſſe cum iure ciuili pro[illegible] quam in his quæ expreſſit ſcilicet in cōtrahendo & ſimilibus :alioqui ſi vlterius interpretando progredimur & velimus marito abſolutam dare poteſtatem,& parentibus auferre,erit omnino exorbitans à iure communi,quo caſu eſt notiſſimum non debere extendi [illegible] ex identitate rationis vt Caſſane.in tit.*des fiefs* [illegible] *de baſtard* §.[illegible].nu.18.Bald.in d.l.2.§.creditum.ff.ſi certū. petat & in .l. ſi pater [illegible] ff.ſolut.matri.Item cum patria poteſtas multa habeat quæ quide ſunt a iure naturali inſtituta, vt obedire parētibus & eos honorare, in neceſſitatibus alere,ſi tranſferamus eorum patriam poteſtatem in maritum dubitandum non eſt, quin potius corruptela quàm conſuetudo dicenda ſit,cum iuri naturali derogare illa non poſſit pulchre Caſſan. in tit. *des enfans de* [illegible] numer.2.de conſuetudin.c.conſtant.[illegible] ſecunda.cap.flagitia. ſed vt Dinus dicebat in regulis iuris [illegible]

bene in patre moderari poteſt . vnde credendum eſt quod in ea parte in
marito poteſtas quæ exprimitur non in aliis, vel ſaltim non tanta vt tol-
lat illam paternam quæ eſt de iure naturæ. nam & emancipatio quoque
32 tollit patriam poteſtatem in quibuſdam non in totum. nam ea quæ ſunt
affixa à natura nec per emancipationem tolluntur. ſed hoc ad rem non
pertinet. nam dicimus & concludimus quod poteſtas maritalis ſeparata
à patria poteſtate quam potiùs contemplari quam exprimere poſſumus.
nam dictio poteſtatis habet etiam locum in tutoribus erga pupillos ſi
diffinitionem tutelæ reſpiciamus, habent enim & tutores poteſtatem in
capite libero non cũ patria poteſtate comparandam ſed ad tuendum eum.
ſic & maritus habet ſuam vxorem in ſua potentia, ne illa contrahere [illegible]
ſua licentia valeat. Arg. diffinitionis ſerui in. l. 1. ff. de tutel. Inſti. de tutel.
in princip. dicendum eſt ergo quod omnino non tranſeat filia in poteſta-
tem mariti, ſed ſolum circa modum contrahendi, & ad conformitatem
iuris Theologici & Ciuilis cùm debeat à iure ciuili dicta conſuetudo [illegible]
[illegible] interpretationem in omiſſis. l. commodiſſimè. ff. de li[illegible]. & [illegible]
33 Script in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. eod. cum infinitis, vnde [illegible]
teſtas aliqualis non poteſt ſubuertere quod filia in genere ac[illegible]
buit à regia poteſtate, cum hæc conſuetudo non tollat ea quæ ſunt [illegible]
oſſibus filiæ à dicta conſtitutione, nec diſtinguatur an ſit nupta [illegible]
nupta, & ex his omnes dubitationes meo iudicio ſublatæ eſſent, [illegible]
[illegible] mehercle opus haberẽt. Sed quoniam audio deſiderari aliquid [illegible]
b, poſito quod ferre poſſe eiuſmodi ornamenta, inde dep[illegible]
d[illegible]amus an quia filia Senatoris nupta legum doctori ſit pl[illegible]b[illegible],
& de opinione. gl. in. d. l. cum te. C. de nupt. exoptatur dilig[illegible] referri
ab ea diſtinctione. Exordiar vt admoneamur aliud eſſe quærere cum A[illegible]-
curſ. in. d. l. cum te, an filia Senatoris nubens doctori dicatur claiſſ[illegible]
vel plebei, aliud ac magnopere differens an dicamus, an filia Sen[illegible]
cui conceditur ferre ornamenta. ſi tranſeat in vota doctoris, [illegible]
quoniam prima diſputatio maiorem quidem difficultatem habet, [illegible]
da verò nullam. nam poſtrema hæc non reſpicit, neque d[illegible]
riſ[illegible]natus dignitate, ſed ab eo vt videam⁹ an filia ſit vel Senatoris [illegible]
clariſsimus, vel officialis qui non reperitur clariſſimus, vt ſunt [illegible]
cameræ cõputorum & alij. vnde non tam alte erigendi ſunt oculi [illegible]
beã ſpectare ad clariſsimã dignitatẽ, vt videamus an cõſtruatur in [illegible]-
monio cũ doctore, ſed vt videam an aliqualẽ retineat auctoritatem [illegible]-
niam conceditur perſonis auctoritatis nominatim tamen, & d[illegible]
eſt, quod filia ſi Doctorem accipiat, non accipit hominẽ [illegible]
auctoritate. vt ſexcentę allegantur ab Tiraqu. de nobil. c[illegible],
ſententię, & rationes. Sed reuocemus [illegible] in controuer[illegible]
poſito quod de clariſsim[illegible]tus dignitat[illegible], attamẽ [illegible]
ſe[illegible] eſſe credo, quod quoties Do[illegible], inde ferre [illegible]
p[illegible] quę nõ ſunt [illegible] quod [illegible] filia [illegible]
v[illegible] officiali, ve[illegible] quod [illegible]
aute m[illegible] illud eſt, quoniã quoties cla[illegible] filia n[illegible] con[illegible]

beio clariſsima remanet,verba ſunt maniſeſta quę cauillari nō poſſunt in d.l.fœminę.ff.de Sen.recito vt pōderentur. Ait Vlp.ibi.*fœminæ enim dignitatē clariſſimam mariti tribuunt,parētes vero donec plebeis nuptiis fuerint copulati.* 34
ſed hęc filia Senatoris nō eſt cum plebeio copulata ſed homini ſupra plebeiá cōditionē poſito,qui & nobilis iure dici poteſt ſecūdum comunem ſcriptorum opinionē,cui nemo eſt qui aduerſetur. Vt Tiraqu.recenſet & in dignitate coſtitutus,ergo clariſsima remanet,quod autē Doctor nobilis & in dignitate dicatur cōſtitutus pro reſcriptis auctoritates adductas & nobiliori hic exopto omnia.ex.c.eius.5.nu.3.de nobilit.Autores ſunt hi ſuis cu locis deſcripti.Ioā.de pla.Cy.Bar.Bal.Ang.Luc.de pen.Pau.Caſt. Io.Raym.Cepol.Alex.Frāc.Are.Parib.Guid.Pap.Par.à puteo Cardin. Alex.Fel.Anr.Corſ.Ma.Soc.Sali.Raph.Cāpeg.Fulg. Quibus pleraſque quomodo auctoritates ſed etiā rationes addā,exordiáq; a deciſionib.Scribit Guido Papa.in deciſ.388.quod Doctores aduocati nō tenentur contribuere ſubſidiis ad quæ ex verbis cōſuetudinis dictū erat oēs teneri exceptis nobilib.Itē in eius auctoris deciſ.196.nu.2.vbi plures rationes affert 35
& e ea potiſſima quia literati pro nobilib. habētur auctoritate Acc.in.l. ſemper ętatis.pro ſocio.&in.l.prouidēdū.C.de poſtulādo.quā rationē ſexpleno illuſtrat ac refercit modis cumulator egregi' Tira.in.d.trac.de nob. cap.5.&ſeq.ꝙ multo magis dixerim in doctore legū procedere,qui non ſolū ſcientia preditus eſt,verūetiā inſignia doctoralia habet,ac ſcientiā & ſocietatis humanę vtilitatē vel profitēdo vel poſtulādo exercear. Proſeſſoriu vero quāta ſit habita ratio ex eo docetur,ꝙ poſt 20.an.profeſſiones illuſtres efficiūtur.Aduocatos verò cęteris prętare:idēGuid.pap.aſſerit ex.l.ſancim.C.de aduo.diuer.iud.&Azo in ſumma illius tit. antea adduxerat,& ideo in immunitatib. & aliis omnib. fore ab aliis exceptos. Idem autor deciſ.386.& eos omnino fore à plebeis ſeparádos,vt dicit. Nā cū ſeparatorū ſeparata debeat eſſe ratio,vt not.in.l.leges.C.de leg.in.l.1. & ibi Bart.in.2.col.verſ. Quæro.ff.de iuſti.& iure, & ita fuiſſe cōcluſum idē aſſerit per dominos Parla.& Cācel.cōputorū apud Delphin.Parlem. Doctoris nobilitatē tāti in precio extare,vt immunitas etiā ad filios trāſeat.vt in dec.389.Eſt & ad hoc authoritas Caſſ.accedenda qui in.5.19.incipiēte.*Entre gēs nobles la feme qui vouldra demeurer quitte de pay des meuble des debtz par ſon mary &c.*nu.1.cōcludit ꝙ ſub illis verbis in cōſuetudine ducatus cōprehēdantur etiā Doctores,ex eo ꝙ nō ſolum nobiles dicātur vt ex l.iudices.C.de digni.& ibi Bart.l.ex eo.ff.de teſt l.2.ff.de excuſ. tutor. ꝙ Alex.in plurib.cōſ.cōfirmauit in cōſ.94.in 2.col.1.volu.cōſ.15. volum.1. cōſ.18.vol.1.& cōſ.24.eod.vol.idē.in.l.cēturio in.2,col.ff. de vul. & pu. ſed quinimo refert Cini auctoritatē,in.l.prouidēdu.C.de poſtulādo qui audacter dicebat Doctorē magis nobilē dici quā genere nobilē, & præferri debere ſentit And.Sicul.in cōſ.35.in prin.vol.2.ſeq.glo.in c.nunquá 36
56.diſt.Dú verá nobilitatem idē Caſſan.nu. 19. eſſe dicat quæ ex alicuius virtute prouenit,& illa ſolū quę animam motibus ornat,vt inquit ... 37
& ibi Hoſt. de præben.qui dicere ſolebat teſte eodem loco Caſſa. nu. 2. quod diſputare de generis nobilitate eſt de ſterco re diſputare,cuius voce

ita demum accipiendam putarem, vbi quis ita virtutibus ſit deſtitutus vt in ea ſolum ſuæ nobilitatis fundamenta iaceret & idem ſubnixus in contra virum virtute præſtantem contendere vellet, concludit denique ibidem Caſſaneus nu. 12. & nu. 33. poſt longam diſputationem quòd doctores nobiles in Burgundia iudicentur, ſed quod ſolum Officiarij Regij & conſules fenagiis non contribuant, de aduocatis verò remittit ad tract. ſuum de muneribus, & rurſus. num. 33. An mulier aduocati quam nobilem dicit, ſi Burgenſem habitum in vita mariti ferre conſueuit, poſſit poſt mariti mortem nobilis habitum reaſſumere, & ſentit rationibus de quibus ibi non poſſe non quod fuerit nobili nupta, ſed quia præiudicium aliter ſe gerendo ſibi parauit. Eſt itaque ſine dubitatione vel rationes reſpiciemus vel auctoritates, vel communem ſcriptorum cócurſum reſpiciamus doctorem eſſe nobilem quemadmodum Roderic. Amor. lib. 1. cap. in ſpeculo humanæ vitæ contemplabatur, & hanc inter cæteras nobilitatis ſpecies quas nouem enumerat Lucas de pen. in. l. mulieres in 2. col. verſ. 4. ex comitatu. C. de dignit. lib. 12. latè Banus Reſponſ. 9. de Curia in tract. nobilitatis in 3. quæſtio. principali & ideo Guido Papa. in. d. d. [illegible] 388. dicebat quod doctores propter inſignia doctoralia diſtinguuntur plebeis & popularibus, & ideo doctores ferre poſſunt zonam [illegible] quam plebeis geſtare non eſt datum, & ideo non immerito pro [illegible]

38 in delphinatu recognoſci. nam ſi feudum obtineant in Camera [illegible] torum, pro inue [illegible] tura non duplicia ſicut plebei ſed ſimplicia [illegible] perſoluant, cùm non ſint de ordine plebeiorum iudicandi [illegible], vt per Bart. in prohem. C. in verſ. Quæro circa hæc, & ratio eſt, quia ſunt doctores in dignitate, & qui ſunt in dignitate certum eſt plebeos appellari non poſſe. Bart. in. l. omnes. C. de decurion. lib. 10. Clemen 2. de magiſtra. & ideo idem Guido Papa opinatus [illegible] quod ſi doctori [illegible] quod de vi publica ex. l. Iul. agi poterit. ad quod accedit eximia [illegible]

39 commendatio quam Cardin. habet in. d. Clem. 2. de Magiſtr. [illegible] poſt alia multa doctorum ſcientiam mundum illuminare. gloſ. in [illegible] ex eo, in verbo indigne de elect. lib. 6. facit ſecunda. C. cóſti [illegible] propter ea eccleſiam debere viris literatis repleri ibidem Petr. de Ancha. dicebat quod hodie ſanctiſſima Tridentina Sinodus, ſeſſion. 22. c. 2. [illegible] ſancto dictante cuſtodiendum eſſe ſanciuit. Hæc tamen quæ ipſe [illegible] tis, tametſi plura hæc videantur pauca, recenſui, non quemcunque Doctorem concernere exiſtimarem. Quid enim ſi quis, (vt noſtrorum [illegible] temporum calamitas) ſolum Doctoralibus ornaretur inuiſte inſignibus, ſcientia verò ſicut Aſinus ad liram. ſic enim magnæ auctoritatis & doctrinæ ſenſit. Barba. in prohemio Clementinarum, cuiuſmodi nobilitatem ad indignum non pertinere, quam opinionem contra Felin. & Aret. [illegible] cap. Cleri. col. 2. de iudi. aduerſarios Petrus Roilus Maurit. rationibus ſatis argutis ac eleganter diſpoſitis in. 4. decl. [illegible] nu. 26 [illegible] time defendebat: quæ mihi opinio multum placet. [illegible] æquitatis plena, nam quæ talia eſſe deſcribuntur [illegible]

[illegible]

non autem rei ſubſtantia inania,l.1.§.hæc autem verba. ff. quòd quis iur. c.relatum.cum concordant in glo.de cleric.non reſiden.Comenſ.regula de annal. poſſ.quæſt.47.num.4.latè Marſil. 6.& 7.col.C. ad l.Iuliam.de ſicar.Inutilia enim quæ ſunt perinde habenda ac ſi non eſſent, gl.in c.fraternitatis.in verſic.deerat.de frigid.& maled. Comprobo autem hanc opinionem veram eſſe ex contentione quæ orta eſt inter ſcriptores,an Doctores ſolùm actu legentes vel patrocinantes etiam gaudeant iis priuilegiis quę in l.medicos.C.de profeſſor.lib.10.recenſentur.Longa fuit controuerſia,& vix receptum fuit,vt & ad aduocatos extenderetur,dummodo procuratoris munus non exercerent, tanquam non nobile, vt Guido Papa in d.deciſ.388.qui num.5. originalem hanc Bartoli opinionem in d. l. medicos. quatuor ratiocinationibus tutatus eſt, & idem tenet in deciſ. 8. & in deciſ.409.& 390. quid ergo de ignaris & inutilibus Doctoribus dicendum erit. Id meherclè quod de apibus Virg.concinit: 40

Ignauum fucos pecus à præſepibus arcent.

Sed ad bonos ac egregios Doctores redeamus, ij ſanè verendum non eſt,quin in honore ac dignitate ſint conſtituti, non ſolùm loquor de legentibus,quos quaſi ſolis radios,& mundi lumina ſplendere vno conceſſu dicitur,c.multi.de pœnit.diſtinct.2.c.1.de reliq. & venerat.ſanctor.& Fulgent. ſicut ſidera firmamenti. c.ſuper. extra. de magiſtr. Verùm de iis qui aduocando non minus prouident generi humano, quàm ſi armis patriam defendant, Salic.ac alij recentiores, inter quos Bologni. in autent. ſed ita.C.ne fili.pro patr. de quibus præclarè Leo Imperator. in l.aduocati.C.de aduocat.diuerſ.iudic.in hæc verba loquitur: *Qui dirigunt ambigua facta cauſarum,ſuæque defenſionis viribus ſæpè publicis in rebus ac priuatis lapſa erigunt,fatigata reparant, non minus inquam prouident humano generi, quàm prælijs ac vulneribus patriam parentéſque ſeruarent. Nec enim ſolos noſtro imperio militare credimus illos, qui gladiis,clypeis ac thoracibus nituntur,ſed etiam aduocatos:militant námque cauſarum patroni, qui glorioſæ vocis confiſi numine,laborantium ſpem,vitam & poſteros defendunt.* Ex quibus venio in eam opinionem, 41 falſò in ea prærogatiua à Doctoribus diſtingui,dum pro comperto habēt quòd Profeſſores actu legentes,tanquam in ſumma dignitate poſiti,torqueri non poſſint etiam militantibus iudiciis, per l. omnes iudices. C.de decurionibus.lib.10.& l.milites.C.de quæſt.Ex quibus Roma.ſing.494. 42 Bart.in l.1.C.de adu.diu.iud.Alex.& alij in l. Centurio.col.1.ff.de vulg.& pup.Iaſ.in l.de quibus.col.23.verſ.nota tamen. ff.de leg.ib.Pariſ.de Puteo in tract.de ſyndic.in chart.18.verſ.an Doctor.Cepoll.conſ.159.Marſil.in l.ad eam.num.4.de quæſtion.& in pract.crimin.in §.expediti.num.29.& ſingul.556.Ludouic.Carrer.qui cumulat ſexcentos, in l.obſeruare.num. 170.C.quorum appell.non recip. omnes dixerunt contrariam conſuetudinem non valere: miratus,inquam, ſum cur plerique auſi fuerint velle hanc communem concluſionem reſtringere ſolummodò ad Doctores actu legentes,& non extendere ad claros aduocatos. cum l. milites. C. de quæſtion.Ita argumentum quod aduocatis prębeat,ſicut pro legentibus,

P

cùm diuus Leo in d. l. aduocati. cuius verba retuli ita honorificè ac ma-
gnificè de aduocatis loquatur, vt nullibi aduerterim legiſlatores tam
præclare de profeſſoribus fuiſſe loquutos, & tamen iidem Doctores ad-
mittunt communi conſenſu, in l. medicos. de profeſſoribus quæ ſub titu-
lo profeſſorum eſt poſita, & ad aduocatos extendi, admittunt pariter in
genere, quod ſi Doctori caput amputandum eſſet perueniri ad id non de-
beret. cui & aſſentior, quàm degradetur, vt cum ſacerdotibus agitur. Cu-
ius opinionis fuit poſt Bartol. in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. eleganter. Mar-
tin. Laodenſis in proœm. ff. in ſecunda lectura, allegat textum notat. cum
gloſ. in l. omnes. C. de epiſcop. & clericis, in §. præterea nullus. ibi poſt a-
miſsionem, facit textus in c. degradatio. de pœnis. in 6. Lanfranc. in tra-
ctat. de præceden. milit. & Doctores in quarta charta. Matth. de Afflict.
43 ſuprà conſtitutio. Neapolitan. in titul. de furt. cap. Incipien. Carolus, quas
res plerique non contemplantes torqueri poſſe aduocatos. Doctores ve-
rò legẽtes non poſſe, exceptis quibuſdam permagnis criminibus, de qui-
bus Grammatic. in voto. 25. num. 5. Hieronym. Gigas in tractat. de crimi-
ne læſæ maieſtat. in 2. libr. in rubric. quomodo & p[illegible]uo. quæſtion. 27.
Cùm enim à Leone Imperatore plus eis attribuatur [illegible]n ferè militibus,
cur deciſio Diocletiani & Maximi in aduocatis loc[illegible]abere non debe-
at, porrò non video. Sed de his hactenus, quia ſuus [illegible]n eſt huc locus. Re-
deo igitur ad id quod agebam, quòd Doctores qui [illegible]ien non ſuit inuti-
les, ſunt quidem nobiles ac in dignitate conſtituti, & [illegible]eò ſi pœna pro a-
liquo delicto immineat, furcarum erit cum crimino ſo Doctore pœna in
honeſtius ſupplicium commutanda. Ita Bolog. in d. aut[illegible]n. habita. in quin
ta charta. C. ne filius pro patre. Alex. in l. militis. ff. de re iudic. And. de Eſ-
ſem, in c. 1. in titulo. quæ ſint regalia. eſt enim huic grad[illegible]i non minor ha-
benda reuerentia quàm clericatui, tametſi maiorem habendam eſſe indi-
ſtinctè Doctori quàm clerico fuerit. Signorell. Homod. in conſil. 23. nu-
mer. 14. vbi multa præclarè opinatus eſt, vt in iureiurando deferen[illegible] ap-
parere argumentatur ex his legibus vnà coniunctis, l. a[illegible] perſonas. ff. de iu-
reiurand. vbi notat. l. nec honore. C. de epiſc. & cleric. & denique ne mul-
tis res tam clara egere videatur, finem faciam, ſi concluſerim legum Do-
ctorem eſſe nedum nobilem & à plebeis ſeparandum, ſed etiam nobiliſſi-
mum, Homod. de Signorell. in d. conſi. 23. Cui opinioni quàm valdè ſuf-
fragatur excelſi ingenij Hopper. in lib. 2. de arte iuris. i[illegible] rubr. de rebu[illegible] hu
manis, cùm Iurecõſultos in magiſtratuum numero r[illegible]onit. Ergo fili[illegible] Se-
natoris nupta Doctori non dicetur plebeio nupta, [illegible] propterea clariſsi-
mæ fœminæ inſignia non amittet, d. l. fœminæ. ff. de [illegible]atorib. Q[illegible]ò
multò minus quando non requiritur ad geſtatione[illegible] [illegible]rnamento[illegible]
aliquis clariſsimus, ſed ſufficiat eſſe vir vel fœmina [illegible]toritatis, vt verba
clara edicti ſonant, cuius permagnæ ſunt Doctores [illegible]tquam ſint in di-
44 gnitate conſtituti. Iaſon. teſte & approbatore, in l. [illegible]is in conſcriben-
do. C. de pactis. num. 4. quinimò tantæ, vt licet miles [illegible]on habeat digni-
tatem, ſi tamen Doctor ſit miles, intelligetur habere duplicem dignitatem

militia enim mutuabitur qualitatem à Doctoratus gradu, Iaſon in d. numer. 4. in fine. quod & Albe. in l. milites. C. locati. ſenſerat. & Martin. Landen. in tractat. de princip. in rubr. de milit. concluſ. 13. vt mihi in adoleſcētia contigit, 21. ætatis anno, gradu Doctoratus aſſumpto, vt iura belli re ipſa intelligerem manum collecta, militiam exercere in animo fuit. Verba igitur edicti de auctoritate loquentia ſunt benigniſſima interpretanda ne ius commune offendant, quo cautum eſt ornamenta mulieribus ferre licere, & præſertim cùm in nominatarum perſonarum beneficium ac ſplēdorem factum ſit, largiſsimè cum nullius offenſione poſsint interpretari, quæ qualitates vbicunque concurrant, vt hîc certiſsimè conueniunt, iamdudum omnium ſcriptorum conceſſu exiſtimatum eſt, in d. l. vlt. ff. de cōſtitu. princip. largiſsimè ac benigniſsimè fore edicta principum interpretanda, Barto. Alexan. Iaſon & omnes concordiſsimi, profectò ſunt, & qui aliter contra eos ſentiat malè apud omnes audiet. Quòd ſi vnquam benignè interpretationi locus fuit, hæc vna cauſa: hic vnus articulus eſt, qui in huiuſmodi interpretatione principatum obtinebit: nam non ſolùm vnius perſonæ fauor hic attendendus cōcernitur, ſed planè plurium, quinimò & plurium rerum. eſt enim præ oculis in primis fauor ipſorum eorūdem Senatorum. Nam quis eſt tam ſtolidi ingenij, qui dicturus ſit non eſſe Senatoribus gratiſsimum, vt filiæ eorum etiam nuptæ honeſtis perſonis poſsint ornamenta quædam ferre, precipua præſertim, quòd ſi hic honos illis conſeruabitur: facilius quidem in matrimonium coniungentur, & mariti promptiores erunt ad eas fœminas accipiendas, quæ ornamenta aliqua ac inſignia retineant, vt experientia docet, & ideò inuitandi non deterrendi ſunt homines, hincque apud antiquos non modò dotes ſumma priuilegia ſortita ſunt quo matrimonia frequentiora eſſent, vt ex l. 1. ff. ſol. mat. l. 1. C. de rei vxor. act. & l. aſsiduis. C. qui pot. in pign. habeat. ſed etiam omnes conditiones matrimoniis aliquo pacto obſtantes procul reiecerunt, vt in toto titulo. C. de conditio. inſert. l. filiæ. ff. de condition. & demonſtration. Secundus erit fauor filiarum, quæ quidem cùm à Rege indiſtinctè omnes fuerint ad hoc beneficium nominatim accerſitæ ſibi attributum à Rege indultum obtinebunt, & conſequenter non modò rebus & ornamentis quæ mulieres ſummoperè expetunt, teſte diuo Hieronymo ad Gaud. de educatione Pacatulæ infantulæ, & in regula ſanctimonialium. c. 28. dum ait: *Earum eſſe effectus, ſemper in veſtibus ſemper in auro, ſemper in lapidibus precioſis, & in ornamentis extrinſecis gloriam ponit*, quod licet pleræque nimis inordinatè affectent, ita vt inuentæ fuerint, quæ ornamenta patriæ antepoſuerint, vt virgo illa Tarpeia nobilis effecit teſte Varrone & Valerio Maximo, lib. 9. cap. 6. attamen natura ſunt omnes ornamentorum ſtudioſæ, vt vſus docet, etiamſi ſint pudiciſsimæ, vt de Claudia Romana Veſtali, legitur, Liuius libro nono ſecundi belli Punici. Plinius iunior in Augnſt. lib. 10. docuit. Dec. Plin. ante libro ſeptimo, capit. 35. Adamant enim pleræque adeò ſua ornamenta, vt Scæuola Iuriſconſul. ſcripſerit, in l. vlt. ff. de aur. & argent. legat. mulierem quandam hæredi ex

teſtamento mandaſſe, vt ſecum in ſepulchro duæ lineæ ex margaritis, & viriolæ ex ſmaragdis quæ ſibi ornamenta comparaſſent omnimodo ſepelirentur. Is autem ornatus affectus licet inordinatus damnatus ſit, ac deteſtandus, vt ſi mulier induat, quemadmodum inquit Propertius libro Elegiarum,

Matrona incedit cenſus induta nepotum.

Quod & Ouid. de arte amandi, tametſi mulieribus nimium debitum ex operibus ſuis agnoſcamus, attamen damnauit, inquit enim:

Quis pudor eſt cenſus corpore ferre ſuos.

Nihilominus non modò Romanorum iure indultum fuit fœminas purpurea veſte indui, & aureis ſegmentis ornari, teſte Valerio Maximo in
45 lib. 2. titul. 1. verùm etiam & diuino iure ornamenta permiſſa fuêre, vt ex muneribus Rebeccæ donatis dignoſcitur, Geneſ. c. 24. & Ruth 3 c. Item de Heſter, de Iudith. Item delitiæ Suſannæ, Heſter. cap. 2. Iudith cap. 10. Daniel. cap. 13. Mulieres autem in antiqua lege ex eo fuiſſe cognoſcitur, quod ſcriptum eſt Exod. 35. Mulieres pro tabernaculo Deo optimo maximo efficiendo ac ornando annulos in aures, dextralia, armillas contuliſſe, & illa magis iuſta Dei exprobratione cognoſcitur, vt Ezechiel. cap. 16. *Vnxi te oleo, & veſtiui te diſcoloribus, & calceaui te hyacintho, & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis.* In his itaque à Deo conceſſis mulieribus ornamentis, verẽdum non eſt quin earum maximus ſit fauor.

Tertius eſt Doctoribus attribuendus hic omnino fauor, qui vt fiat, tot Academiæ inuentæ ſunt, pro quibus ornandis, non ſolùm Imperator de
46 Republ. legali benemeritus Iuſtinianus, eos anteceſſores ſuos in procem. Digeſt. vocauit, verùm etiam imperiali voce legum materiam ſuggeſſit, eóſq; ad imperij curam in parte ſubleuandã honorificè inuitauit, in procœmio Inſtitut. in fine. Hinc tot ſcholarium ac Doctorum priuilegia, prærogatiuæ, indulta, de quibus latè Doctores in aut. habita. C. ne filius pro patre. vbi multa egregius iuuenis Mutinenſ. aggerauit. Hinc tot publica pro vniuerſitatibus ſuſtentandis impendia, quo ab his tanquam ab Athenis magni diſciplinarum proceres ac ductores mundo conſulturi prodeant, quorum in numero quis adeò hebetis ac difficilis ingenij pater inueniatur, qui filium ſuum collocari non exoptet? ac vti compos fiat, vt omittam diuitiis affluentes filios ſumptibus extra patriam alendo patrimonium non exinaniat, vt denique ampliſſimos ſibi honoris & vtilitatis fructus ac compendia paret? In hos igitur tantopere exoptatos homines beneficium à principe datum erit comminuendum, vt hos plebeios [illegible] lemus? nónne erit magnum hoc abſurdum? nónne ſi Iuſtinianus & [illegible] legum latores, ac ſeueriſſimus ille Solon & Licurgus ſi reuiuiſcerent, contra exclamarent, ac ira implacabili exardeſcerent, & indigniſſimam interpretationem dicerent? pro qua refugienda non ſolùm verba extendenda, ac generalis ſignificatio amplianda eſt, ſed communi calculo deliberarunt ſcriptores, etiam ne id ſequatur verba ad omnem ferè impropri-

tatem traducenda.l.quamuis. ff. de in ius vocando. Felin.in cap. ſi quan-
do in 2.columna.de reſcriptis.Roman.conſil.132. Felin.in cap. nihil cum
ſcandalo extra de præſcript. Item & quæ ad correctionem pertinent,quo-
rum natura ſtrictiſſima eſt ad vitandum abſurditatem,& inhumanitatem
erunt extendenda.gl.ordinaria.in Clem. vltim.de reſcript.Ioan. Imol.in
l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matrim. Latè Euerard. in centuria in loco ab
abſurdo.quod ſi hæc ipſa abſurdi euitandi cauſa admittenda erunt,quãto
magis commodæ interpretationes erunt accipiendæ in fauorem perſo-
narum quæ à iure ſummopere æſtimantur, ſi beneficia principum largè
interpretanda ſunt,vt non modo ius ciuile ſed & pontificium inclamat.
in.d.l.vltim.ff.de conſtitut. principũ.in.c.dilecti extra de donat.ſcripto-
res vtrobique,nos poſt aliorum commentarios rationem cur id fiat in re-
gula.l.in teſtamentis .ff.de regul.iur.in veſpertina lectione reddidimus.
profectò in hac cauſa beneficium hoc erit longè ampliſſimè accipiendũ 47
& interpretandum,in quo non ſolum ex natura legis id debetur, ſed rei
ipſius quæ conceditur & perſonæ cui conceditur. indulgetur enim ferre
quod iure diuino ac humano conceſſum eſt ornamẽta, concedetur per-
ſonæ filiæ Senatoris & Doctori in dignitate exiſtenti, qui non ſolum ſua
inſignia habeat,verum etiam & merita filiæ Senatoris,quam rerum mix-
turam multum pollere aſſerit Dec.in d.regul.in teſtamentis, argumento
l.pen. filiæ textores.ff.de legat.1.nu.4.licet ille malè comparauerit cum.l.
ſi ita.ff.de iniuſt.teſt.vt ibi clara voce aduerti.ſed vt iam vela contraham,
in hunc portum omnino confugiendum puto, vt nullo pacto filiabus
Senatorum præſertim doctoribus nuptis legibus& principum beneficio
quod in genere loquitur,& quod ſe ad clariſſimatus dignitatem non re-
ſtringit, conceſſa geſtandi ornamenta poteſtas auferatur, niſi prò iure,
iniuriam placeat exerceri,quod à ſanctiſſimoSenatu nũquam ſperabitur:
alioquin & ipſimet Senatores ſeipſos iniuria afficient interuertentes &
reſtringentes ampliſsima indulti verba,& Doctores plebei macula in eo-
rum prouincia commaculabunt:vt aliqua die eorum poſteritas cui om-
nino proſpiciendum eſſet,deſcendentes etiam doctores,ſi Senatores non 48
fiant,pro plebeis habendi ſint.cui tamen poſteritati quantum debeamus
docet Bart.& alij poſt iureconſultos.in.l.liberorum.ff.de verb.& rer. ſi-
gnif.l.nam & ſi parentibus.ff. de inoffic. teſtam.l. ſcripto. ff. vnde liber.
Andr.Tiraquell.more ſuo non minus amplè quam eleganter. in. l.ſi vn-
quam.C.de reuoc.donat.in princip.num.7.& ſeq.

Poſt hanc autem concluſionem reliquum eſt vt quæ mouimus & pro
controuerſia augenda cõgeſsimus& in certamẽ induximus,exagitemus.
Prima fuit argumentatio quod generalia verba quæ Senatorum filias, in
diſtinctæ ad ornamentorum conceſsionem vocare videbantur,de habi-
libus intelligẽda eſſent quæ habilitas ceſſabat ob nuptias cũ doctore cõ-
tractas quaſi cum plebeio,admittimus maiorem propoſitionem.Cæterũ
quod legum Doctores ſint plebei,eſt ita falſum ſicut ſi quis obſcurum
ſolem diceret,non minus à veritate recederet,quod verum eſſe tot argu- 49

mentis tot auctoritatibus comprobauimus, quod ſi quis plura deſideret videat Añdr. Tiraqu. in tract. de nobili. in loco. & num. ſupra allegato & quoniam hæc reſponſio non ſolum primo ſed etiam ſecundo argumento inſeruit, nó obſtar ſi quis allegaret plebis diffinitionem à Iuſtiniano, in. tit. de iur. natur. gent. & ciuili in. §. plebis autem appellatione editum quod plebis appellatione ſine patritiis & Senatoribus cenſeri ciues ſignificantur. reſponderem doctores eſſe ſecundũ Iuſtinia. patriciis cõparandos, poſtquã idem Iuſtin. illius. §. autor in. ff. proœ. doctores iuris ſuis anteceſſores reuerentiæ cuiuſdã gratia vt eſt cõmunis interptetatio ita no-
50 minat. nam ſi reſpectemus ad tempora. Rom. Reip. & dubitetur quinam eſſent patricij, negabimus ne Seruium Sulpitium & alios fuiſſe patricios: præſertim ſi nó ex vili genere nati eſſent, & eo magis quod vbi omnes honores cœperũt dari plebeis, ita quod nó amplius infra ſuos plebis, & eius magiſtratus fines ac cancellos cõtinuerunt, iam patritios euaſiſſe inuictis dentibus fatendũ erat. ſi verò tẽpora imperatorũ cum lege regia omnis poteſtas in eos eſſet tranſlata iã omnia quędã vix imagine antiqua retenta, immutata ac cõfuſa erant quicunq;, l. 2. ff. de ori. iu. fuerit contẽplatus & antiquitates ſcrutari oblectabitur, facilè hęc eſſe vera cõperiet. deinde ſi antiquitatem illã liceat omnino ad vnguẽ obſeruare eueniet quòd pręter eos qui Romæ apud principẽ erant patricios ac Senatores omnes alij homines quacunque etiã ſplendida in ciuitate verſentur, vel antiquo aliquo in oppido, etiam quòd primates ibi ſint omnes plebei ſint appellandi: quod quàm odioſum ſit quis non fateatur? Arbitror profecto eam eſſe vocabulorum vim ac poteſtatem perpetuo conſeruandam, vt in. l. ſi quis in fundi vocabulo quæ naturalis ſit. cæterum ſi non rebus ſed hominibus vel particularibus vel etiam ſub corpore aliquo comprehenſis, vt eſt populus, plebs, Senatores, patritij & ſimiles, ſi ordo ille corporum antiquus immutetur & Reſpublica ſub principum ditionem tranſeant, commutatis ordinibus ac aliam formam accipientibus, non dubitarem quin & eadem nomina, ſi proprietatem amamus, debeãt immutari. quia non rerum naturalium ſed hominis iudicio diſtractarum nomina ſunt, ita non ineleganter vt opinor colligi poterit ab Vlpiano in. l. 4. ff. de legat. 1. Ita ex ſpecie propoſita tandem ita concludenti rerum vocabula eſſe immutabilia. Quamobrem non dubitarem dicere ridiculum eſſe ſi ho-
51 die præter eos quos non habemus illos patritios & Senatores dixerimus, cæteros omnes eſſe plebeios: neq; nó veremur ſi ita affirmaremus multos eſſe qui hodie aduerſus nos miras concitarent tragędias. Quamobrẽ vt alios omittamus de quibus noſter nó eſt ſermo, certo aſſerendũ p[illegible] doctores legũ ſine iniuria plebeios appellari non poſſe: quos omnes ſcriptores nemine excepto nobiles eſſe dixerunt, vt in confirmationibus diximus, quare cõſequens erit vt filia Senatoris nupta doctori dicatur non plebeio nupta. Quod magnopere confirmatur. nam patritiorum appellatione alij auctoritatis viri nó continerentur, ſequeretur Iuſtinianũ mendaciſſimũ fuiſſe & omnis antiquitatis ignarum, eſt enim ſi ad vetuſtũ Rei-

publicæ tempus memoriā referamus apertiſſimam , equeſtrem ordinem
non fuiſſe plebeium , quinimo lōgè differre cùm in tres ſectiones omnis
Romanus populus diuideretur, in patricios quorum in numero etiā Se-
natores erant, in equites & plebeios, vt refert Hopperus in libr 2. de art.
iuris in 4. rubrica. Subiicítq; equeſtrem ordinem in conſulatu Ciceronis
primum ab eo ſtabilitum ex eo Senatum & prouectum dicentis: illi autē
ordini potius quàm plebeio doctorem ſorè comparandum abnuerit, &
idcirco non modò ornamenta iure communi conceſſa ferre poſſit, quo-
rum ferendorum poteſtas, nec communi iure , non conſuetudinario ne-
que cōſtitutionis nouiſſimæ regiæ ei denegatur, cùm nullam diſtinctio-
nem adhibeat , ſed & clariſſimatus dignitatem non perdat, licet de hoc
diſputari minimè neceſſe ſit: poſtquam regia conſtitutio non hoc nomi-
natim neque etiam in genere requirit: vt quæ ferre ornamenta velit cla-
riſſimatus dignitatem patris radiis fulgeat , ſed ſit filia vel clariſſimorum
vel hominū auctoritatis, vt idiomate Gallico verba ſonāt, & ratio etiam
conſtitutionis quæ in primis ſpectāda eſt, quæ tum in prooemio tū etiam
prope diſpoſitionem euidentiſſimè oſtendit , quis fuerit dicentis ſcopus
non vt fiat clariſsimarum perſonarum diſtinctio, ſed quo pompæ ſuper-
fluæ abrogentur. At verba hæc ex edicto reponenda clarè ſonant. *Et peur
obuier aux pompes, ſuperfluites & fraus inſupportables prouenans des accouſtre-
mens que iournellement ſe font tant de drap de ſoye que paſſemens & brodures ſoit
eſt interdict & deffendu à tous noz ſubiectz de noſtre Conté de Bourgongne, &c.*
Huius autem prooemij finis ſi diligenter reſpiciatur, optimus ſanctiſsi-
múſque eſt, non vt doctores pro plebeis habeantur. fuiſſe autem ſemper
apud interpretes præfationem prooemiorum vim ac in decidendis con-
trouerſiis mentéque diſponentis cognoſcenda poteſtatem teſtatur. Bart. 52
pluribus in locis in. l. placamus. nu. 3. quam ad hoc probādum eſſe com-
modatiſsimam ait. ff. de hæred. inſtituen. Barto. in. l. verba Senatus nu. 1.
ff. ad ſenat. conſ. Macedo. Bartho. in prooem. primæ conſt. C. Concordā-
tes allegat per Alex. in conſ. 7. n. 3. volu. 2. Barb. conſ. 10. in 6 colum. vol. 2
facit. l. reg. §. ſi quis quā Bart. ad hoc expēdit. ff. de iur. & fact. igno. Qui-
nimo adeo præfationis auctoritas præualuit, vt nō ſolū ad declarationē
facere fuerit exiſtimata, verūetiā ad conſtitutionē cui propoſita eſt ad eā
reſtringere credatur. Bart. in. l. cū hi. §. eā trāſactionē. ff. de trāſactio. dictū
in eo. §. fuerat alimentorū tranſa. ratam non eſſe, niſi prætore authore, ex
præfatione tamē inquit ibi Bar. reſtringi ad id trāſactionis genus per quā
pecunia in præſenti accipitur quo citius cōſumatur. ita hic licet videātur
omnes gētes prohiberi ornamēta ferre, per hāc tamē & aliā inferiorē ra-
tionē reſtringitur edictū vt ſolū in his locū habeat quos expreſsim vel in
ſpecie ſubiecit dū inquit, *Neantmoins ſommes aduertis que en contempt dudit e-
dit tous cōmunement ſimples gens populaires tant artiſans qu'autres ſemblables por-
tent velours, ſatin, damas , tellemēt que pluſieurs en eſtoient reduits en mēdicité &
grande paunreté, aians conſumé tous leurs biens & ſubſtance.* Ex eorum igitur
numero expreſſorum conſtat liquidiſsimè non eſſe iur. Doctores.
Quinimò, vt latiſsimè diximus, non ſolum non ſunt populares, ſed

nobiles , vt ex multis oſtendimus ergo eos non comprehendit edictum
vel ſaltim quod eſt ſine dubitatione non comprehendit filias Senatorum
nuptas doctoribus: quinimo ſi verba rectiſſimè perpendantur , & quæ
ſuperioribus conuertuntur verba, apparebit dilucidè Doctores à geſtan-
dis huiuſmodi ornamẽtis, & eorũ vxores nõ fuiſſe prohibitas cũ dicitur.
*Et oultre ce ne pouuoient eſtre congneus ceux de la nobleſſe & perſonnage d'auctori-
té d'auec les autres*. Hæc enim verba quid aliud præ ſe ferunt niſi quod arti-
fices & alij ſimiles ex ornamentorum geſtatione deturbant differentiam
inter eos & nobiles, & alios homines auctoritate fulcitos, intra quos vt
latè docuimus, Doctores continẽtur. ergo ſequitur neceſſario dicendum
quod doctores neque ex prooemio aut pręfatione, neque ex cauſa impul
ſiua, quæ erat ne mẽdicitas artificum & ſui ſimilium inde ſequatur, neq;
ratio diſtinctionis , que inter artifices eorúmque ſimiles & nobiles , &
auctoritatis viros eſſe debet , doctores ab huiuſmodi ornamẽtum geſta-
tione prohibeat. tametſi aliter plerique parum ad hæc omnia diligenter
attendentes contrariam habeant ſententiam , quinimo paſſim doctores
ab hoc edicto videantur deterreri.

Non obſtant modò quæ vrgere grauiter videbantur aduerſus Baldi
compendiariam intelligentiam ad. l. cum te. C. de nupt. dum Bald. ita di-
ceret, dignitas accidentalis contrario accidẽti reſoluitur, ſed non ea quę
ex natalium radice procedit. nos vero aduerſus inſultabamus nõ rectum
nunc ſenſum eſſe à contrario ſenſu collectum, cum ex eo legũ correctio-
nes inducerẽtur, multis deduximus. quandoquidem vtrumque perbellè
negamus, neque argumentum à contrario ſenſu colligi neque legem ali-
quam ex huiuſmodi interpretatione lædi à contrario quidem ſenſu non
eſt à doctoribus argumentum collectum ſed id ipſum potius Imperato-
res inducunt cùm aiunt. *Cum te non ex Senatore patre natam ſed ob matrimo-
nium cum Senatore contractum clariſſimæ fœminæ nomen adeptum dicas claritatem
quæ tibi beneficio mariti parata eſt.* Eſt ergo ex his verbis delucidiſſima di-
ſtinctio ab Impp. facta inter eam quæ naſcitur ex patre Senatore, & non
53 Senatore. nam de ſecundo in ea ſanctione ſtatuunt , quid dicendum ſit
quando non paterno à ſanguine, ſed à maritali beneficio accepit clariſſi-
matus mulier dignitatem & ſeparata ab eo marito ſit , & rurſus alium
virum inferioris dignitatis ſortita ſit, an remaneat clariſſima, & in priorẽ
naturalem ſtatum repoſita. De alio verò primo capite quando ex pater-
no iure clariſſimatus dignitatem acceperit & fuerit ſociata viro clariſſi-
mo, deinceps inferioris ordinis virum ſortita ſit, aç deinde ille mortuus,
nihil penitus ibi ſanciunt Impp. ſed à contrario ſenſu colligi poſſet quod
illa in clariſſimatus dignitatem reuerteretur. quod ſi fieret, non interpretes
id facerent ſed potius ipſi Impp. qui hanc differentiam euidentiſſimam
inter maritale beneficium, & naturalem honorem conſtituerunt: alioqui
diſtinctio ſubiecta ab Impp. cum negatiua non ex Senatore patre nata
& dictio illa, ſed, quæ aduerſatur mitiſ[illegible] dam contra ponit , ſed ob ma-
trimonium cum Senatore adeo ſuperuacanea eſſet & ridicula, vt nihil

ſupra

ſupra, vnde omnino dicendum eſt, ne riſum moueatis, Amici vt ait Satirus poëta, grauiter & appoſite fuiſſe huiuſmodi diſcretionum caſum adhibitum vt ex diſcretis factis diſcretæ quoque orirentur deciſiones. argũ.l.cum de Indebito in fin.ff.de prob..t.eſt enim omnibus pernota ſententia iamdudum peruagata nec quidem Syllabam ſine vſu & ſignificatione à legiſlatoribus fuiſſe appoſita, nedum tam euidentes & ſermonum & factorum explicationes, etenim ſi idem dicendum ab impp.tam in vno quam in altero caſu extitiſſet, nonne vno verbo ſine his ambagibus, & diſtinctionibus potuiſſent ſe expedire videlicet in hunc modum. Mulier ſiue à patre Senatore nata, ſiue non, & clariſſimo viro fuerit nupta, deinde.

Paret itaque quod non interpretes argumentum à contrario ſenſu ſed ipſi Impp. proponũt, nos vero nihil facimus niſi quod ex adaptatione propoſitionum Imperialium conſequentias ducimus, quod longe quidem differens eſſe cenſeo ab argumentationis inſtitutione & inductione. ſed poſito ac non ceſſo quod & interpretes ipſi tam antiqui quã nos recentiores talem argumentationem induceremus ne abſurdum ſe quæretur proculdubio nedum permiſſum eſſet, ſed muneris profecto noſtri erat id facere: nam ſi argumẽtari à contrario ſenſu non licet vt ſupra in obiectionibus deduximus, quando abſurditas vel iniquitas vel legũ abrogatio vel derogatio inde promanaret quid agendum erit ex contrario cum eadem ſit contrariorum diſciplina. Nouiſſimi interpretes 54 Cagnol. & alij in l.ſecundum naturam ff. de reg. Iur. quando occaſione ſeſe commodiſſima offerente, ac verborum congruitate, ac ſignificatione id ipſum omnino ſuadente ſi tali argumento per contrarium non vtamur ſit magna abſurditas aduerſus legiſlatores improperanda quaſi ebriorũ more fuerint loquuti: defẽdimus itaq; acriter opinor & fulminco veritatis gladio primũ caput Videam⁹ modo de ſecũdo an verũ an falſũ ſit quod ex eiuſmodi interpretatione à cõtrario ſenſu leges aliquę cõminui aut abrogari queũt. Sed certè nõ video quod Lex aliqua læſione accipiat. Nã.l.fœminæ ff. de Senator. quę videbatur nõnihil negocij facere iã ſupra noſtras confirmationes adeo adiuuarunt, vt præcipuum in ea conſtituere fundamentum valeamus, nec obſtat ſi quis verba potius quam legis ſenſum amplectens contra.l.non dubium. C. de legib. l.ſcire leges ff.cod. in verbis illis Vlpiani in d.l fœminæ ff. de Senator. fundamentum iaceret quaſi de filia loquens, de qua ſupra eadem in l. locutus fuerat ita dicat. *Tamdiu igitur Clariſſima fœmina erit, quamdiu Senatori nupta eſt vel Clariſſimo, aut Separata ab eo alij interioris dignitatis non nupſit.* 55 Nam certe non loquitur Vlpianus amplius de filia Senatoris, ſed potius de fœmina quæ non ſplendet radiis paternis: patet autem ex multis fortiſſimis ac vrgentibus argumentis, primum enim de filia Senatoris loqui non poteſt, cuius mentionem habet præcipuam, dum inquit *parentes vero dignitatem clariſſimam filiabus tribuunt donec plebeis nuptiis fuerint copulatæ* Et qui ſint plebei ſupra diſſeruimus. Secundo quia principium il-

Q

lius l. fœminæ. loquitur in genere de fœminis nubendis, quæ non ſunt
clariſſimæ per ſe ſed clariſſimis nubent, vt veriſimile eſt quod finis legis
reſpondeat principio, vt tandem in omni fœminarum genere aliquid
certo tradat. Tertio quoniam ſi aliam interpretationem accipiamus nó
vt noſtrarum partiũ eſt iura iuribus concordia reddere. c. i. & 2. de non.
oper. nũcia ſed ſcriptum vt aiunt nodoſum facere velle videbimur: Et-
enim ſi de filia Senatoris loqueretur, quomodo verba Impp. Diocler.
& Maxim. defenderemus, quæ omnino aduerſantem proponunt diſtin
ctionem: vt ergo continent hic ſumendus neceſſario ſenſus eſt. Sed ex
media quaſi illius reſponſi, ſi hic nouum aduerſus hanc interpretatio-
nem exit monſtrum, quod niſi contundere contendamus omnia inter-
turbabit. Dicitur enim eo loci ab Vlpiano *Clariſſimarum fœminarum no-*
56 *mine Senatorum filiæ niſi quæ viros clariſſimos ſortitæ ſunt non habentur.* Hæc
autem ſententia eſt adeo clara & dilucida, vt nullis tenebris offundi.
Quare omnia iam dicta debilitantur, ac concidunt. filia igitur Senato-
ris nupta doctori non erit Clariſſima quoniam Clariſſimo viro nupta
non eſt quando Vlpianus firmiter ac cõſtanter loquitur, quod niſi quę
clariſſimo nupta ſit Senatoris filia non habetur. Accurſ. eum ſcopulum
quæritans diffugere dictionem niſi interpretatus eſt, id eſt quæ ſi non
ſortita ſit clariſſimum ſed plebeum & adiicit dictionem plebeium. &
ita accipi dictionem inquit in l. 2. in fin. C. ſi emancip. ita. fuer. alien. cũ
Accur vera interpretatione cæteri quoque interpretes abſque contra-
dictione interpretando progrediuntur, adeo quod eiuſmodi interpre-
tatio tanquam communi conſenſu tacito vel expreſſo ſcriptorum in
iudicando ſequenda erit, quod dummodo vel clariſſimo nupta ſit vel
ſaltem non plebeio ad Clariſſimatus dignitatem ſibi conſeruandam ſuf
ficiat quando vt idem Accurſ. ait in poſtremo ad illam. l. fœmine gloſ-
ſemate, diſtinctio imperialis paulo ſupra per nos ex l. cũ te C. de nupt.
repoſit. diſcrimen conſtituens inter filiam Senatoris nubens inferiori
& aliã fœminam, ex mariti radiis iubar aſſecutam matrimonio iam diſ-
ſoluto. Erit igitur hæc interpretatio Accurſiana non ſolum quoniam
ipſe vir magnę auctoritatis eſt, & in quo ipſe ſcribit & cæteros non de-
beat contradictores ſequendam fere pro lege à Clariſſimis Iureconſul-
tis reſponſum ſit: quinimo & ſi res dubia eſſet, ei potius quam cuiuis al-
teri hærendum eſſe viri eximij putarunt. verumetiam, quoniam tam Se
natorum filiabus quam doctoribus etiam ſummopere fauorabilis eſt
quorum virtutis ſplendorem non obſcurare, ſed in lucem efferre ac ma
gis iudices decorare dignitatũ principes Impp. incubuere. in Auct. ha-
bita. C. ne filius pro patre in prohemio ff. & Inſtit. in l. 2. C. de vet. Iur.
enucle. l. 2. ff. de Origine Iuris in tit. de ofeſſor. & medi. in Clementi-
na i. de Magiſtr. l. aduocati C. de Aduoc. diuerſ. Iud. nec aduerſatur quod
Bart. in l. cogi n°. 4. C. de peti. hæred. verbis parum honeſtis aduerſus il
lius optimi florent. interpretis honorem vſus fuerit, quæ præ verecun-
dia reponere erubeſco, nam certe grauiſſimi cæteri interpretes. Accurſ.

ſummis laudibus ſunt perſecuti & inter cæteros teſtimonio Iacobi Butrig. Bald. & Angel. dec. conſ. 149. n°. 7. teſtatus Accurſianam auctoritatem cæteras omnes antecellere quod non immerito: enimuero protulit quando mira lux ex gloſſatorum laboribus ad iuris Ciuilis tenebras expellendas orta eſt, quod ſi tamquam aurigas & viam mônſtrantes alij poſteriores eos non habuiſſent non tam facile ſibi nomen & famam comparaſſet vt Bart. qui gloſſatorum nomen ſupprimens ex illius laboribus ſuas obiectiones in quibus Magnificus doctus riſus eſt ordinatim ſcriptas reliquit & facile admodum ſibi fuit aliorum inuentis addere & iudicium interponere equidem iudices magis antiquorum gloſſematum diligentiam ac animaduerſionem contrariorum tam hoſtilium ſignorum collationem admiror concordiam reſponſorum aggerationem miramque in his ſubiiciendis, breuitatem, grauitatem & elegantiam: & licet in pleriſque tamquam politiſſimis in literis minus (ob tempeſtatis importunium) minus verſati à recta inter pretatione abceſſerint, maiora tamen multo compendia, & fere certiſſima oracula nobis reliquerunt quam errorum diſpendia, taceat igitur Bart. & non ſolum prędictos ſed alios malos doct. ſequamur in Accurſ. nimium cauentes quos cumulatim ex more cumulat Felin. in cap. i. extra de conſtit. cuius tamen dictum nimium elatum non approbo, tametſi pro hac quam deffendimus cauſam multum faciet, quod franc. curt. iun. retulit in conſ. 160. n. 12. quod quando Accurſiana opinio vni fauet negotio communis poteſt opinio contemni, hoc enim indiſtincte, verum non exiſtimo quoniam iamdudum trita concluſio eſt communem opinionem ſi iudex non ſequatur contra munus iudicantis committere Alexand. teſtatur in conſ. 139. n. 8. lib. i. & conſ. 19. n. 7. lib. 3. illud autem Felini dictum cum moderamine intelligẽdum eſt nõ autem indiſtincte cum ſcilicet vnius gloſſæ opinio melioribus fulcita erit rationibus quam communis diuerſus aſſenſus, & rectius loquitur idem Curt. iuni. in conſ. 61. n. 2. & conſ. 63. n. 3. Clariſſimus meus olim Romæ collega Camill. Plant. in rubr. de legat. i, in præfatione ſuarum notarum. Sed vt pedem reuocemus vnde diſceſſimus nõ erit in hac dubitatione à gloſſæ opinione recedendum quemadmodum in ſimilibus dubitationibus magni vir conſilij & doctrinæ Alexan. interdum ſcriptum reliquit in conſ. 64. & 75. n. 24. lib. 4. & eo magis ſequendus erit quoniam non hoc ſolum in loco nimirum in d. l. fœminæ ita opinatur verumetiam in d. l. cum te. C. de nupr. quæ res efficit vt conſultiſſime ſe huic opinioni applicarẽ cuique videri poſſit iuxta ea quæ de geminatis actibus à Bart. & à cæteris in l. cum ſcimus C. de agricul. & cenſ. lib. x. referuntur. Quod ſi quis ſit qui aliam ad huiuſmodi graue enarratum obiectum reſponſionem quæritet ac iſta autoritatis Accurſianæ comprobatione non multum delectetur. Reſpondebo plane ſi reiecta hac interpretatione Vlpian. verba vt prima fronte ſonant & fortaſſe in diſputandi area veriorem ſed non æquiorem interpretationem ſe

57 (margin, beside "ſematum diligentiam… tam hoſtilium")

58 (margin, beside "curt. iun. retulit in conſ. 160.")

quamur. Quemadmodum in interpretatione l. fœminæ & l. cum te diligentius de iuris ſubtilitate explicabo adhuc dicere poſſumus, quod ex ea. l. fœminæ ipſe ſane fœminæ nullo afficiantur incommodo ſi maritum doctorem accipiant, nec clariſſimæ eſſe deſinant, cum non ſolū ex commentariis ex vſu receptiſſimo fuerint iureconſſ. appellati clariſſimi Sed etiam ab ipſis patribus clariſſimi appellantur omnes qui aliqua dignitate clareſcunt, quemadmodum faciunt De. qui non ſolum ſe claros reddunt, verumetiam totum terrarum orbem illuſtrant vt ſupra late oſtendimus, & idem nobiliſſimus non plebeius fuit appellatus Vlp. in l. diximus in fin. ff. eod. tit. inde de clariſſ. Orat. Cicero ad Brut. ſcribit. Quamobrem non video ex quibus cauſis filia Senatoris Doctori nupta debeat reputari amiſiſſe paterna ornamenta, vel poſito etiam & non conceſſo, quod clariſſimatus dignitatem ex tali doctorum connubio amiſiſſet, attamen Edictum Regium non eum finem habet vt ſolum clariſſimis proſpiciat verumetiam & illis qui clariſſimi non ſunt quemadmodum appertiſſima res eſt in auditotibus computorum, qui & quorum filij edicto principis non arceantur, ſed immo aperte ex eo poteſtatem geſtandi talia ornamenta habent, item vocantur alij alicuius Autoritatis viri. Quocirca qui clariſſimatus dignitatem in ferendis ornamentis comperiat quantum ab intentione Regia diſcedat nemo eſt tam ſupinæ mentis qui tametſi diſſimulet non cognoſcat, cum non filiæ clariſſimæ ſed filiæ eorum qui verbis edicti comprehenduntur ad hanc licentiam vocentur, quæ quidem tanquam ex Principis beneficio proficiſcens non coanguſtanda ſed interpretatione fouenda adiuuanda ac amplianda eſt, vt Iabol. lib. xii. ἐπιστολῶν in l. beneficium ff. de Conſtitut. princip. faciendum eſſe ſanctiſſime reſpondit.

Laus Deo.

CLARISSIMI HV. CINI Campani equitis pij Dolanæ Academiæ Regij primi Profeſſoris ad vtiliſsimam.l.contractus ff.de Reg.Iur.



LVTETIÆ PARISIORVM,

Apud Michaëlem Sonnium, ſub ſcuto Baſilienſi, via Iacobæa.

M.D.LXXIIII.

Cum priuilegio Regis.

CArolus ix. Francorum Rex, ſuo diplomate ſanxit, ne quis Cini Campani Commentaria Iuris, ante ſexennium à die primæ editionis numerandum, præter Michaëlem Sonnium bibliopolam, ad eius caſtigationis exemplum imprimat, néue alibi impreſſa diuendat in Gallijs. Secus qui faxit, mulcta fiſco applicanda, aliiſque pœnis indictis damnabitur, vt latius patet in literis Priuilegij indultis Lutetiæ quinto Nouembris, 1570.

ILLVSTRI HIERONYMO OLCIGNANO SERENISSIMI PHILIPPI REGIS APVD BELGAS CONſiliario Ampliſſimo Hu. Cinus Campanus S. P. D.

SI quando mortalium actiones contemplor, illico eos felices exiſtimo, qui optimarum artium diſciplinis inſtructi rei vertices eminent, vti ſydera non ſolum ſplendent, verum humano generi, quod tantopere à diuina humanáque philoſophia notis commendatum eſt: quocunque poſſunt officiorum genere proſunt. Vnde non ſolum qui tales extitere legimus apud veteres ſumma laudatione affectos, ſed pro dijs immortalibus acceptos & cultos fuiſſe. Hæc ipſe humi ſtratus ſolo tantum contemplari Olcignane clariſſime. Tu verò in altum euolans tuis illuſtribus virtutibus (parcat mihi tua modeſtia, non enim vanus aſſentor) commemorata verè culmina exæquās. Teſtis eſt ſplēdidiſſimum patria tua Patauium, quod tuo penè diuino ingenio incredibili iuris peritia, eloquentia admirabili tua prima in iuuentute decorabas: Teſtis eſt Friburgenſis ſchola, ad quam Imperatoris Ferdinandi tuarum excellentiſſimarum dotium ardore incenſi iuſſu honorificentiſſimè eiuſdē conſiliarius creatus fuiſti accerſitus, inclita verò Dolana Academia quid aliud agit? niſi quòd perpetuò ingentes tuas laudes ad cælum effert, commendant mores, admirantur doctrinam, ſuſpiciunt eloquentiam, acumine obſtupeſcunt, humanitatē, bonitatem, pietatémque paſſim prædicant: immortale verò abs te acceptū ex Regia liberalitate beneficium auctis profeſſorum honorarijs Academiæ, quod nunquā antea auſa eſt ſperare honoribus, ac dignitatibus amplificatis, quibus condignè ob rei magnitudinem, tantámque felicitatem extollant modos non inueniūt. Apud Belgas verò quibus pro Rege iudicis virtus tua quàm latè fulget? Nemo quidem eſt, qui illius tubicen factus eſſe non videatur, ſed ne ſuperbias, omnes iuris, Europæ ſtudioſi, qui tua diuinitus commentaria ex fragmento aliquo deguſtauerint, quaſi Pytagorei facti in illis Demoſthenis, ac Papiniani ſpiritus agnoſcentes aduerſus te tanti theſauri occultorem vehementer expoſtulant. Verum hæ communes voces, quibus ſpero te cito ſatisfacturū tuas laudes non delibant, quin etiam augent, & amplificant. Poſtquàm itaque talis tantúſque es Olcignane à veterum inſtitutis haud abhorrebo quin quibus te poſſim honoribus efficiam, quinimo vt alios collegas excellentiſſimos excitem, poſtquam hi primas in ordine non meritum meum, ſed ſuam humanitatem metientes mihi tuo ſucceſſori deferunt. En primus munuſculum hoc tuorum ampliſſimorum meritorum ſacrario offero, ab illis grandiora & nobiliora aliqua die accepturo. Vale, & me vt ſoles, ama. Datum Dolæ. M. D. LXXI.

DOLANA ACADEMIA OLCIGNANO AVCTORE PROSPERO CAMPANO

Ad clariſſimum Olcignanum.

Herculis æterna celebrantur laude columnæ
Auctis Græcorum viribus Imperij.
Sed ſchola pro tanto merito Olcignane Dolana
Celſa tuum ſemper nomen ad Aſtra feret.
Curaſti multos certiſsimus Auctor honores
Augeri meritis præmia digna viris
Scilicet hoc decuit quæ te exornata docente eſt,
Per te eadem multis creſceret illa modis.

Ad eundem Quintiliano Honofrio Auximate Auctore Patauium.

Vix Antenoreo tanto ſplendore refulſi
Gloria quanta mihi nomine parta tuo eſt.

Friburgenſis ſchola ad eundem Iulio Ceſare leone primornate Auctore.

Accipe Dola tuam partem noſtrámque relinque
Non Olcignani gloria ſola tua eſt.
Ipſe olim nobis laudum monumenta ſuarum,
Perpetuis liquit commemoranda modis.

Contractus quidam dolum duntaxat recipiunt, quidam & dolum et culpam. dolum tantum, depoſitum & precarium: dolum & culpam mandatum, commodatum, vendirum, pignori acceptum, locatum, item dotis donatio, tutelæ, negocia geſta. In his quidem & diligentia, ſed & ſocietas, & rerum communio, & dolum & culpam recipit: ſed hoc ita, niſi quid nominatum conuenit vel plus, vel minus in ſingulis contractibus. Nom hoc ſeruabitur: quod initio conuenit. legem enim contractui dedit' excepto eo quod Celſus putat, non valere, ſi conuenerit, ne dolus præſtetur: hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium eſſe, & ita vtimur. Animalium verò caſus, morteſque quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum, qui cuſtodiri non ſolent: rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines, impetus prædonum à nullo præſtantur.

CINVS CAMPANVS AVXIMAS.

Contractus quoſdam ſolum dolus afficit, vrget
Quoſdam alios dolus ac culpa, at dolus arctat eum, quem
Penes depono, precibus quique accipit vſu
Mandatum accipiens culpáque, dolóque tenetur,
Tempore quin vſu certo, rem detinet, & qui
Vendicat, aut capit in pignus, cautè locat, aut dat
In dotem impuberes fidei recipítque tuendos
Siue ad amicorum curanda negocia ventum eſt,
Hos inter quid am ſtudium præſtare iubentur
At ſocij, atque alij quibus eſt fortuna bonorum.
Communis caueant culpámque dolúmque ſubire,
Sed minus interdum nonnunquam ad plura tenentur
Ceu placitis variè contractibus addita lex eſt
Nam latam primum ſeruari iure decens eſt
Excipit at Celſus nunquam illud poſſe valere
Hi præſtare dolum curent ea pactio iniqua.
Némpe fidem offendit, iamdudum hoc iure receptum eſt
Infauſti àmiſeris caſus mortalibus, vt ſunt
Funera, ſeruorúmque fugæ iniuſtæque rapinæ,
Seditio in populis, miſeranda incendia, aquarum
Impetus, atque incurſus prædonum excipiuntur.

TRACTATARVM RERVM CAPITA PER INDICEM COLLECTA AD INTERPRETAtionem.l.Contractus ff.de Reg.Iur.

14 *Accurſii lapſus detegitur*

2 *Aduerbium duntaxat tametſi aſtringendi quod comprehendit naturam habeat, & cætera ab ſe longè arcendi, quod tamen à iure comparantur non expellere liquet idque potiſſimum in his articulis, qui ad fauores potius quàm ad odia pertinent*

34 *Aedilitium quo tempore & cur inuentum*

32 *Aeſtimata res commodato data etiam caſum perinde accipientis eſſe*

111 *Agri menſor alteri menſuram conficiendam mandans dolo non caret*

106 *Allegatio notatur Philippo Decio indigna*

129 *Animalis dictione cur nam ſeruum complecti iure, hoc loci non curauerit*

138 *Aquarum magnitudo quid*

122 *Argumentum de remiſſione ſacramenti ob calumniam non valet ad remiſſionem doli, licet cæteri contra opinentur Doctores*

108 *Bona fides quo ei boni nomen conueniat pura eſſe debebit, & ab omni macula aliena*

128 *Caſus fatales & voluntarij*

127 *Caſus fortuiti ſpecierum debitores liberant*

137 *Caſus quam ſignificationem habeat*

27 *Commodatum ex beneficio prouenire debet*

28 *Commodatum qui recipit, & leuem, & leuiſſimam culpam ſe præſtiturum intelligat, & cur id accidat ratione comprobatur*

29 *Commodato qui dat debet etiam omni culpa carere*

30 *Commodata re ad perferendum, ac reſtituendum domino fideli ſeruo data, qui furto ac fuga contractauerit, debitor nequaquã liberatur tametſi cæteri contra ſentiant*

77 *Communio bonorum dolum & culpam recipit*

79 *Communi in re non tam exactam præſtare quis diligentiam tenetur, quam in ſuæ fidei commiſſis*

81 *Communio bonorum quare dolum & culpam recipiat*

88 *Contractus naturam ac ſubſtantiam differre vulgo traditur, ſed falſum id eſſe oſtenditur*

90 *Conuentio partium contractui quomodo legem dicat declaratur*

5 *Culpa latior an eadem ſit quod lata culpa*

6 *Culpa latior à lata culpa non differre noua ratione demonſtratur*

8 *Culpa latior non pro poſitiuo, neque ornatus gratia, vt plerique crediderunt apponitur ſed alia ratione*

13 *Culpa quanam in precario locum habeat*

17 *Culpa qua de cauſa in genere pronunciata magis de leui, quàm de alia accipiatur altius veſtigatur*

19 *Culpa cur in dubio de leui intelligatur*

41 Culpa leuiſsima pignori accipientem affici eleganter demonſtratur.
26 Debitorem ſpeciei ex natura contractus ad caſum fortuitum non teneri falsò Dec. aſſeruit
10 Declaratur intentio Vlp. in l. i. ff ſig. teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer.
Depoſitum, ac precarium qua de cauſa leui culpæ non ſubiciatur non indiligens veſtigatio
11 Depoſitum purum non eſt, in quo leuis & leuiſsima culpa aut caſus præſtari ſolet.
22 Diligentiæ vox quomodo in hac lege contractus accipiatur, & 84
85 Diligentia proprijs in rebus adhiberi ſolita an eandem in alienis præſtari oporteat
1 Doli mali expreſsio an latam culpam contineat
4 Dolus & culpa quomodo inter ſe differant
7 Doli appellatio in legibus inuenta latam culpam niſi ſubiecta materies refragetur abſque dubio continet
21 Dolus plerunque ex nullo contractu præſtatur
46 Dolo commiſſo in pignore prætorio cur actionem in factum Prætor dedit, non autem actionem de dolo
102 Dolo à pactionibus excluſo an lata etiam culpa excludatur
110 Dolum malum latam culpam comprehendere, quare Herua dixerit
64 Dotis reſtitutio aduerſus maritum in quantum facere poteſt obligatum per dolum duntaxat vlciſcendo adiuuatur
39 Emptor latam & leuem culpam quod à cæteris ſcripp. prætermiſſum eſt præſtare tenetur
49 Error ſcripp. in regularum deſumptione aduertitur
132 Errores ſerui qui ſint
99 Exceptio ex regulæ natura deſumitur, regulámque in cæteris confirmat
101 Exceptio quòd regulam firmet quomodo intelligatur
104 Exceptio doli iuri eſt amica, & ideò interpretatione adiuuanda
82 Explicatio quorundam damnatur circa id quod in l. dicitur in his quidem & diligentiam, & vera affertur
50 Ex qua culpa teneatur locator rei locatæ damno à ſuis inimicis illato, qua in re ſcripp. erraſſe demonſtratur
107 Fatuitas dolo ac lata culpa vacat
125 Fortuiti caſus ſpeciei debitorem liberare quo pacto intelligatur
130 Fuga propriè hominum eſt
44 Hypotheca nec a leui, nec à leuiſsima culpa offendi poteſt, & quomodo ſe hoc habeat
135 Incendium quos debitores liberet
136 Incendiarij grauibus pœnis puniuntur
59 In dotandis vxoribus Romani à Solonis parciſsima lege diſceſſerunt
95 Initio conuenire quid ſit
103 Interpretatio quando ſtrictè accipiatur
11 Inuentarij confectio in tutore non facile remiſſa intelligitur

121 *Iuſiurandum de calumnia an remitti poſſit, & quomodo*
140 *Iuſtus vel pericula vitabit, vel forti cum laude ſuſtinebit, & pro virtute feliciſſimæ immortalitatis præmia conſequetur.*
96 *Legem dari contractui cur dicatur*
97 *Legis multiplex ſignificatio*
78 *L. Hæredes. ff. non tamen ff. famil. herciſſ. explicatur*
80 *L. In re mandata. C. mand. nimium à Dec. reſtringitur*
74 *L. Quod Nerua ff. depoſ. de innata negligentia non intelligi*
42 *L. ſi cum § cum venit ff. de pignor. actione non inſubtiliter pro ſuperiori leuiſſimæ culpa afficientis opinione explicatur*
119 *L. ſi vnus. § illud. ff. de pact. interpretatio. & nu. 123*
91 *L. veteribus ff. de pact. quomodo ſit intelligenda*
16 *Leuis culpa quid ſit*
Liberatione adminiſtrationis alicuius legatâ dolus condonatus non cenſetur
47 *Locationem dolo & culpæ non tamen leuiſſimæ ſuppoſitam oſtendit, qua in re Accurſ. nota inuritur*
36 *Maiores enormiter læſi in conuentione bonæ fidei reſtituitur*
25 *Mandatum exequi ex fide quid ſibi velit*
23 *Mandatum qui ſuſcipit omnem culpam ablegare debet, & quæ ſit ratio*
26 *Mandatum ſuſcipiente ſiquid negligatur etiam exiſtimationis imminere periculum*
61 *Maritus pro re dotali conſeruanda quo dolo culpáque vacet diligenter ſtudebit*
62 *Maritus pro rebus dotalibus dolum & culpam cur præſtare teneatur noua ratio affertur, & ab omni obiectione defenditur, & ratio à ſcripp. communiter tradita eleganter refellitur*
65 *Maritus in rebus dotalibus diligentiam quam ſuis rebus adhibere neceſſe habebit alioqui leuiſſimæ culpæ addictus erit, notaturque Cagnol. aliter ſentiens*
66 *Maritus ſi fuerit in mora reſtituendæ dotis etiam periculo ſubiicitur*
60 *Matrimonij tranquilli quanta ſit felicitas, & quonam pacto ad beatam ex Auct. vitam pertineat.*
20 *Mediocritatis aurea laus cuinam generi mediocritatis conueniat*
37 *Minores etiam minima, ac leuiſſima læſi reſtitutiones beneficio potiuntur*
109 *Minores à dolo futuro non excuſantur.*
18 *Naturalis filij appellatione quis veniat qua in re Caroli intelligentia in. l. Lucius. ff. de vulg. non iniuria notatur, & Rubr. de Natural. lib. diligẽtius perpenditur*
89 *Naturæ vox quid ſignificat*
67 *Negociorum geſtorum contractus vnde ortum habuerit*
68 *Negociorum geſtori quare ſolius doli præſtatio non incumbit, ſicut in depoſito, & cur interdum leuis & leuiſſima eundem teneant*
87 *Pactionibus priuatorum poſſe à natura contractus recedi exornatur atque declaratur*
98 *Pactionibus a diiiciendis quid caueri oporteat*
113 *Pactione facta vt dolus omnis remittatur an lata culpa remiſſa dicatur*

Pa-

110 Pactionis voce præſertim ſi vniuerſali hæreat etiam tacitam pactionem contineri contra multos demonſtratur
52 Patroni cauſarum an præter dolum & culpam ad periculum quoque teneantur
9 Pænalis lex de dolo mentionem habens nunquid latam culpam comprehendat qua in re DD. notantur
51 Periculum à conductore præſtandum qualiter intelligatur
40 Pignori accipiens leui quoque culpa ſubiectus eſt
43 Pignoris contractus vtriuſque commodum reſpicit
45 Pignus prætorium nunquid lata culpa ſit ſuppoſitum
112 Planè dictionis quæ ſit poteſtas
24 Plauti ſententia de mandato
92 Plus vel minus quæ verba .l. Contractus ſunt quorſum ſpectent
12 Precaria quæ dicatur
139 Prædonum impetus deſcribitur
133 Rapina & raptus qualiter inter ſe differunt
71 Ratio dubitandi quam de ſocietate Iuſtinian. loquens præcedit in §. vlt. inſtit. de ſociet.
119 Rationum redditio condonata inuentarij confectione non remittitur
117 Ratio quæ ſit conuenire non poſſe quo minus dolus præſtetur
48 Regula quæ eſt in locatione dolum & culpam præſtari vnde fuerit deſumpta
63 Regula quæ habet vnius incluſionem eſſe alterius excluſionem declaratur.
100 Regulæ moderatio quibus de cauſis contingat.
31 Seruorum malitias ac auaritiam deteſtatur
131 Serui vnde dicti
70 Societas doli & culpæ præſtationem habet, & quare
72 Societas fraternitatis habet imaginem
73 Socij non ſemper de leui culpa tenentur
75 Sociis cur dictum eſt de propria electione conqueri debere
76 Socius plerunque leuiſsima culpa ſubditus eſt
86 Societas & rerum communio cur in hac lege ſeorſum ab aliis numeratis contractibus poſtrema in parte collocata ſint
56 Speciale aliquid quando dicendum ſit
83 Species non ideò quod pleraque qualitatibus percellentibus ſint quam cætera inſignita deſinunt ſub eodem genere contineri
53 Tutela vnde originem habuit, & ad quid inuenta alte repetitur
54 Tutores quoad iuris ſtricti rationem latam ſolùm culpam præſtant, publicæ verò vtilitatis cauſa leuis quoque obligationem accedit
55 Tutores in prædiorum emptione, vel in pupillaribus nominibus exigendis quare à leui culpa excuſentur in quo communis opinio damnatur
57 Tutores à leuiſsima culpa quare liberentur præterquàm ſi tutelas affectauerint
58 Tutores & negociorum geſtores quomodo & quare in culpæ præſtatione in-

terdum æquiparentur
414 Tutori nunquid dolus futurus remitti poſsit
13 Tumultus qualiter in hac lege accipiatur
33 Venditionem de lata culpa & leui teneri dilucidius cum ratione exemplum euulgatur
38 Venditorem antè rem traditam de leuiſsimâ quoque culpa teneri quod alij non aduerterunt
93 Verba ſingulis contractibus quid præ ſe ferant
124 Verba quæ ſunt in lege ita vtimur, quo pacto intelligantur
35 Vini effuſio venditori ſecundum .l.i.ff. de peric. & comm. rei vend. permiſſa cur integrè fieri & non per partes debeat
105 Vocabulorum diuerſitas non diuerſum ſemper conſtituit

H. CINVS CAMPANVS.

AMPLA adeo huius regulæ doctrina eſt, vt frugife-
ræ cuiq; traditioni iure valeat cõparari: Proponi-
tur in prima parte bimẽbris diuiſio, Nimirũ cõtra-
ctus quoſdam dolũ malũ duntaxat recipere, quoſ-
dam & dolum & culpam, dolum dumtaxat depo-
ſitum & precarium, dolũ & culpam cæteros in ea
enumeratos. videndum autem eſt an primi latam
culpam admittant, quæ ob dictionem duntaxat,
quam noſtri ſuo vocabulo taxatiuam nominant excludi videatur arg.
l. & notatorum infra.l.obeſſe.C. de præd.minor.Sed licet vlp. non a-
pertè latam culpam hoc loci concludat alibi tamen expreſſim nomi-
natimq; venire docet.l. Quæſitum.§.cum quoque ff.de precar.in il
lis verbis. *Et ſatis ſit dolus ex precario tantum præſtetur, culpam tamen dolo pro-
ximam contineri quis merito dixerit*. quod & Celſ. Heruæ opinionem am-
plectens in l.quod Herua ff.depoſ. idem de latiori culpa exiſtimauit:
eodémque loquendi genere vſus auctor in mentore in l.pa. ff. ſi mens
falſ.mod.dix.in hæc verba. *Hæc actio dolum dumtaxat exigit*.& paulo poſt
lata culpa planè dolo comparabitur. Ex quo notãdum erit quod licet Iurecc. 2
voces anguſtantes viſerant non propterea quæ ſimiles vel compara-
biles ſpecies ſint abiungunt, quod quidem erit magnopere reſcripto-
rum fauorabilium interpretationi proficuum per l. vlt. ff. de Conſtit.
Prin.ſecus verò in his quæ ſtricto iure accipiuntur. Hæc autem primæ
regulæ pars multas habet conſonantes auctoritates.§.præterea Inſtit.
Quib.mod.re contrah.obl.l.i.ff.de act & obl.l.i.§. in illud ff.de pre- 3
car.l.i.§. ſi veſtimenta & §. vlt.ff. depoſ. cum aliis per interpretes cu-
mulatis.Rationem autem diſtinctam huius ſententiæ, cur in depoſito
& precario ſolum dolus inſpiciatur,non autem culpa,quæ citra latam
tamen intelligenda eſt,eam eſſe ex Patrum reſponſis coniicio, quoniã
in hiſce duabus contractuum ſpeciebus liberalitatis virtus triumphari
videtur vel ex parte dantis vel ex parte accipientis, qui enim depoſitũ
recipit,ſine mercede cuſtodiendum recipit d.l.i. §. ſi veſtimenta ff. de-
poſ.qui verò precario dat liberaliter quidem facit, vt expreſſim idem
vlp. teſtatur in d.l Quæſitum §.cum quoque ff.de precar. verba ipſius
talia ſunt. *Hec immeritò dolum ſolum præſtat is qui precario rogauit, cum totum
hoc ex liberalitate deſcendat eius qui precario conceßit*. Sed aduerſus hanc ratio-
nem non ineleganter aliquis afferet,non ex æquo id ſtatui,cum alia ſit
dantis, alia recipientis liberalitas & commoda cuiuſque diſſimili ra-

tione pendantur, qui enim ſine mercede depoſitum accipit, quoniam
non aliud quam incommodum ex rei cuſtodia ſentit non immerito in
obligatione culpæ onere ſolet releuari, & benignius pro eo iudicari.
Cæterum in precario, qui rogauit nullum incommodum, ſed potius
liberalitatis fructus percipit l.3.§.i.ff.de precar. Ideò æquius videretur
nonnihil in plus teneri quàm qui depoſitum accepit, permagnam hāc
difficultatem ita diſſolui poſſe opinor quę quemadmodum qui preca-
rio dedit in ea commoditate largienda liberalis extitit, is identidem in
culpæ remittenda liberalis præſumitur, Ciceronianæ illius ſententiæ
po.offic.lib. *Suaſione magnanimi ac liberalis eſt ſemper et beneficere, cui ſemel be-
neſeceris*. Sed quoniam de lata culpa & dolo diximus, videndum eſt
quomodo inter ſe differant, & an lata & latior culpa eandem ſignifica-
4 tionem habeant? Quid dolus ſit iamdudum vulgatus eſt locus in l. i. §.
i.ff.de Dolo quo breuiter concluditur ſine fraude manifeſta dolum eſ-
ſe non poſſe, latæ verò culpæ diffinitio non eum fraudis finem habet.
l.latæ culpæ ff.de verb. & rer.ſig. eſt enim vel non intelligere quod om-
nes intelligant, vel permagna negligentia. l. magna negligentia ff. de
verb. & rer.ſig. ſed quid dicemus de latiori culpa an eadem cum lata
5 culpa ſit ſed cum Celſ. contra Procul. dixerit eſſe veriſſimum quod la-
tior culpa dolus ſit. l. Quod Herua ff.depoſ. ſpecies quędam diuerſa
vel ſalt ē differens à lata per Celſ. conſtituta videtur, nam ſi dolus eſt,
ſine fraude non eſt. Bar. ac plerique alij quò ſcopulum hunc refugerent
multiplici operam nauarunt diſtinctioni, & latioris culpæ ſpeciem à
cæteris diſſidentem ſunt commentati, quam opinionem acrioris ple-
rique ingenij vt Laſ. Germ. & doctiſſ. Alciar. acutus Cagnol. optima
ratione reprobarunt latam latioremque culpam eodem in genere cō-
putantem, latiorémque dictionem elegantiæ cuiuſdam gratiæ & lepo-
ris Celſum vſurpaſſe, quorum ſententiæ facile ſubſcribo quod ad ſigni-
ficationē attinet, non quod ad elegantiæ vt paulò poſt dicā rationē. De
lata autem culpa eūdem auctorem Celſum cum latiorem diceret pro-
pemodum ſenſiſſe ex eiuſdem verbis euidenter oſtendo, inquit enim.
6 *Nam & ſiquis non ad eum modum quam hominum natura deſiderat diligens eſt,
niſi tamen ad ſuum modum curam in depoſito præſtet, fraude non caret*. Ex quibus
ſpecies deſumitur à qua fraus abeſſe poteſt ſi vero non tantam in rebus
ſuis aliquis diligentiam præſtet latiori nihilominus culpa notari di-
citur, & fraude non carere. Eſt itaque declarandum ideò dixiſſe Celſ.
latiorem culpam dolum eſſe, quia dolus à iure præſumatur. Qua de re
cum præſumptio iuris pro veritate habeatur, idem Alciat. in rubr. de
Præſumpt. non mirum eſt quòd pro veritate à iure accipitur ſaltem
quoad effectum lata vel latior culpa dolus eſſe dicta fuerit quā ſub v-
nius dictionis doli ſcilicet non obſtante vocis dumtaxat ſuapte natura
reſtringenti ſignificatione vlp. complexus eſt, neque hic tantum, verū
etiam pleriſque aliis in locis modo dolum eſſe dixit, modo dolo com-
parati, dolo proximum eſſe, in dolum cadere l.i. ff. ſi mens. falſ. mod.

dix.l.mulier. §. ſi hęres ff.ad Trebell.l.ſi fideiuſſor in prin.ff.mãd.l. i. §-
non autem ff.ſiq.teſtam lib.eſſe iuſſ.fuer.latioris autem quæ ad compa
ratiua (vt grammatici) aiunt pertinere dictio ſolet à lata non differre 8
conſtat,quod plerumque ex loquendi vſu ita in ſimilibus accipi videa-
mus cernimus enim &(deterior) dictionis eandem apud Iurecc. vſur-
pationem.l.prętor §.eſt pręterea.l.i.§.i.ff.de ſep.l.2.ff.Quib.mod.l.2.§.
deteriorem ff.ne quis in lo.pub.l.diuortio §.ſi fundum ff.ſol.mat.licet
ad poſitiui plerumque differentiam poſita extiterit vt per Caium in.l.
codicillis §.matre ff.de leg.2.cum rit. *Suis vnum fratrem tuum filium occi-
diſſe dum ei rapinam faceret,ſed & alia mihi deteriora fecit.* Neque mirum ſit
quod plerũque Iurecc.ita accipiant lationis vocem,quando nemo vn-
quã dubitabit quin in leui culpa , culpa inſit, quę póſtquã culpa eſt nõ
eſt talis qualis ea quę Latę nomen meretur,ſed propterea quod culpa
eſt latitudinẽ vt ita dicã aliquam habet ſed eam tamen maiorem quę
latę nomẽ obtinet, cõſeqnens igitur eſt vt illa merito latior appellari.
poſſit. An autẽ in pœnalibus cõſtitutionibus appellatione doli lata cul
pa comprehendatur plerique diſtinxerunt, aut de lata culpa loquimur
quę in ſe verſutiam,ac malitiam habet,& eam contineri dixerũt, quo-
rum opinioni nequeo propemodum conſentire.quoniam malitia, vel 9
fallacia interuenientibus non amplius lata, verum dolus exiſtimandus
erit,arg.eſſe poteſt quod eleganter idẽ auctor de cõtractuũ nominibus
tradidit in l.iuriſgentium ff.de pact.Nec inficior quin dolo lata culpa
inſit quaſi ſpeciei genus vt in l.7.ff de ſiccar.& in l.1.§.hac actione ff.de
vi bon.rapt.Quibus dignoſcitur differẽtem accipere deciſionem & in-
terpretationem licet vnum alteri ſuapte natura inſit,alij verò in pœnis
pecuniariis diſtinctionem habendam eſſe exiſtimarunt , in iis enim la-
tam dolo contineri variis adducti argumentis tradiderunt, ſed eo qui-
dem pręcipuo quod ex verbis eiuſdem auctoris in l.i.§. non autem ff.
ſiq.teſtam lib.eſſe iuſſ. fuer. diligenter collegerunt,ſed ab eis non fuit
animaduerſum,ideò vlp. eo loci ita exiſtimaſſe quia æquum eſſe Præ- 10
tor putauerat, calliditatem, & proteruitatem eorum qui hęreditates
populantur ſeuerius coerceri cum dominæ, id eſt,hereditati ſerui li-
bertate donati furtum faciunt,neue impunitum remaneat quod ab in-
gratis maleficium patrari ſolet:Apparet itaque ex his quæ in eo reſpõ-
ſo colliguntur non eſſe mirandum latam culpam venire quando quidẽ
tot aculei æquitatis perpungunt, qui ſi in cæteris pœnalibus negociis
aliquando concurrerent , non dubitarem idem quoque reſpondere,
ſed ne Academiæ Socraticæ inſtitutũ quæ nullum ſuum ſolebat inter
ponere iudicium nullamque adhibere authoritatem , ſed poſt cauſas
allatas quid in vnaquaque parte dici poſſet expoſitum audientium iu-
dicium integrum atque liberum relinquere,Cic.de Diuinat, quid ſen-
tiam dicemus . Latam culpam quæ dolum non habeat præſumptum
pœnali nulla cuiuſuis generis conſtitutione contineri quando ab iis
omnes extenſiuę interpretationis vis abiicienda eſt,eoque communes

de pœnis loquentes leges conueniunt vt in mitiorem partem ſemper
inclinemus, quod non ſolum iuſtius ſed & tutius Marcel. viſum eſt in
l.ea quæ §.vlt ff.de reg. iur.ſed nunc ad ſpecies propoſitas reuertamur
aſſeritur depoſitum dolum dumtaxat & latam culpam recipere,legi-
tur tamen de leui & leuiſſima de caſu,ac de periculo depoſitarium te-
11 neri l.ſiquis nec cauſam ff.de reb. cred.arg.l.i.§.ſæpe ff.depoſ.c.2. ext.
depoſ.ſint certo §.mane videndum ff. commod. glo.in §. præterea ſu-
pra allegata enumerat quamplura Dei. in l. Lucius lapa. ff. depoſ. ex
quibus digladiatur verum verum ſit quod interdum leuiſſima interdũ
caſus nedum culpa ſuccedat, ſed non video præſentis eſſe indaginis,
ſufficiat ſiqua inuenientur quæ naturam precarij & depoſiti præter-
uolent, quæ prçter dolum admittere alias culpas vel caſus poſſint ea
quidem non ad purum ſimplexque depoſitum, quod deponentis tan-
tum gratia fit,non ad precarium quod ex mero beneficio prouenit ſpe
ctare,ſed in alias ſpecies transformari nudumque tantummodo nomẽ
retinere dicendum erit,hactenus de depoſito. Hunc pauca pro preca-
rio habeamus, manca hæc & diminuta vlp. doctrina videretur ſi quæ
futura eſſent negocia præuidiſſet,námque non ſolum precarium repe-
ritur,ſed & precaria fœminini generis cõuentio,de qua extat titulus ex
tra de precar.eiuſque natura tum in po.tum in 2.c.declaratur eſt enim
rei datio ab eccleſia in quinquennium & à qninquennio renouanda,
12 quæ ſi omittatur renouatio deficiens à iure cadit vt ſcripp. tradide-
runt,ſed & alia ratione ea in re fuiſſet vlp. excuſandus quod precarij &
precariæ non abſimilis eſſet natura quàm viri & fæminę,ſicut enim li-
beralior eſt hominum natura quã fœminarũ generis auariſſimi vt di-
ximus in l.fœminæ §,eod.& in rebus omnibus prçſtantior eſt,neque à
muneribus publicis neque à priuatis abhorrens, fœminarum conditio
anguſta,ita & precarię conditionis arctior quędam ſpecies eſt, Abſimi-
13 liſque eſt quoniam in ea non ſolum dolus, ſed & Leuis culpa locũ ha-
bere debet,cũ vtriuſque cõmodũ tam eccleſię quàm priuati recipientis
concernatur arg. l.in comodato.§. ſicut ff.commod.precarium vero ex
liberalitate concipiatur.l.Quæſitum §.eum quoque ff.de precar.Cum
igitur in precaria conuentione non ſolum tempus inſit, verum etiam a-
liquid prçſtari pro in ueſtitura ſoleat conſequens eſt vt defendi poſſit
leuem quoque culpam venire arg l.ſi vt certo §.nunc videndum ff.cõ-
mod.transformatur enim in alium contractum,vt ex Iuſtin.verbis cõ-
prçhendi poteſt in §. vlt. Inſtit. mand. illud autem non erit omitten-
dũ in quo vel Accurs.hallucinatur, vel quid ſibi velit vt fuere.aciebat
14 in l.Domitius ff.de teſtam.non intelligo,ait enim Accurs.in hæc verba
*Plane & in his ſcilicet depoſito & precario exactiſſima diligentia præſtatur inter-
dum puta ſi depoſitarius,vel qui precario accepit in ſuis eſt diligentiſſimus.* Quę
quidem annotatio plurimũ Celſi ſententię conſonat in. l.Quod Her-
ua ff.depoſ.placet & cum ait.ſi in ſuis eſt negligentiſſimus non erit ſua
impunita negligentia,comprobaremque ex,l. magna ff.de verb.& rer.

ſig.ſed cum tandem concludit quòd diligens debeat eſſe ad eum modum,quem natura hominum deſiderat,id quidem falſum eſt,& Heruę authoritas pro ſe accerſita contra ipſum facit vt quiuis etiam Lippus concernere poterit, à precarij vero cōmodatiſque differentiis tanquā vulgaribus me expediens ad aliud diuiſionis caput orationem confero ſequitur, *quidam dolum & culpam recipiunt* de culpa igitur loquendum erit, & breuiter quo ad fieri poterit nam qui ſexcentas amet diuiſiones ad Bar.in l.Quod Herua ff.depoſ.poterit ſe conferre,pro culpę igitur 15
declaratione illud præmittendum erit de leui vlp.intellexiſſe,quid autem leuis culpa ſit in hunc modum doctiſſimus declarat Alciat.eſt negligentia qua quis in rebus alienis eam curam non habet quā cæteri Pa 16
tresfam.ſolent,tametſi in ſuis minimè diligentior ſit.Qua vero ratio- 17
ne de leui potius culpa quàm de lata intelligatur, quò facilior traditio ſit paulo altius reperendum erit,notandum itaque eſt . quòd veluti ſūt plures doli ſpecies duo tantum præcipua genera dolus bonus,ac dolus malus vt in l.i.§.2.ff.de dolo,ita quoque & culpæ duo potiſſimum conſpiciuntur genera,ex quibus tamen aliæ deriuantur ſpecies quarū prolixa eſt apud Sar.in d.l.Quod Herua diſtinctio culpa ſcilicet lata & leuis,ſed cum de culpa ſimpliciter Iurec.loquatur indubitatū eſt ſi ſubiecta materies ad latam culpam pertineat, ſecundam illam recipiendā eſſe vt in l.in actionibus ff.de in Lit.iur. tametſi ſcriptores ferè omnes eo loci cæcutierint cum de leui intelligerent vt in noſtris aduertimus commentariis,ſi verò propoſitus tractatus ad Leuem ſpectet culpam quemadmodum noſtra in lege ſeſe effert in ſecundo capite exemplum à multis ſpeciebus enumeratis deprompτum planè pro leui accipiēda erit , vbi vero non appareat qua de re coniectura ſumenda ſit ſumma excitantur inter ſcriptores diſſidia, primaque fronte videretur eſſe dicendum fore ad excellentem ſignificationem confugiendum quæ ad latam culpam,tanquā culparum Principem pertineat arg.l.i.§.vlt.ff.ſi 18
ag.vectig.ſicut etiam & cum naturales liberos pronunciamus de naturalibus & legitimis intelligendum eſſe aduerſus Catol. Molin. in l. Lucius ff. de vul. & Pap.tametſi naturales ſignificarii ſpuri potius ex rub.C.de natural.lib. videantur, ſed ea non ita purè concepta eſt, ſed adiunctum habet ex quibus cauſis efficiantur,Hæc igitur opinio in fauorem latæ culpæ ſtricta in diſputatione defendi poſſe ſumma videtur tamen proponi difficultas ex iuribus nonnullis hic per recentiores adductis,quæ magnopere pro contraria opinione excelluntur in l.ſocius ſocio ff.pro ſoc.in §.præterea Inſtit.Quib.mod.re contrah. obl.§. vlt. Inſtit.de ſociet.in d.l.Reſponſo, hæc ſunt Caij verba. *Socius ſocio & nomine culpæ tenetur,ideſt deſidiæ atque negligentiæ*.Ex quorum recitatione nil. aliud porrò Iurec.voluit quam culpæ genus ad eam negligentiæ & ſecordiæ ſpeciem redigere & expreſſim dictione illa vehementer ſignificari,id eſt,declarare quod ſi non feciſſet vox culpæ infinite prolata de lata culpa fuiſſet intelligendum.Vnde cum ab eam cauſam quæ ex ſpa-

tioſo campo culpam culpæ ſignificationem Iurec. ad angulum compellat, ſequitur quòd in cæteris dictio culpa aliter accipienda eſſet, ſiquidem obſcurum nō eſt, priuationem amiſſum habitum præ ſe ferre. l. vlt. ff. de reb. cred. & in vincula coniectionem eſſe prioris libertatis ademptionem. Imp. verò noſtro duob. in §. ff. ſup. citatis identidem loquenti, idémque reponenti fruſtra reſpondendi laborem ſuſcipiemus quando eadem quadrat reſponſio. Hiſce igitur modis (vt opinor) non in ſubtilibus quæ in adiumentum eorum opinionis potiſſimum aſſeruatur diſputando infringi poſſunt. Sed quia longè magis veritas, quæ

19 palliata acrimonia adamanda eſt conſentirem, cum culpam dicimus fore leuem accipiendam non ſuperioribus auctoritatibus: nox illa inepta ratione à pleríſque magni facta, quòd quia culpa leuis inter leuiſſimam & latam medium obtinet locum, ideò accipienda ſit

20 etenim quæ à maioribus noſtris de aurea mediocritate decantata ſunt ad virtutes pertinēt, non ad vitia, quorum in numero omnis culpa eſt Reiicio autem illorum opinionem, qui regulam quæ in obſcuris minimum ſequendum eſſe monet vt in. l. quæ in obſcuris ſuprà moti, de leuiſſima intelligendum eſſe ſunt arbitrati, eáq; ratione confuto, quòd leuiſſimæ culpæ frequētatio in contractionibus rara ſit, & idcirco de his quæ frequentius vſu veniunt interpretatio potius aſſumenda eſt. l. 1. ff. de teſtib. l. Nam & ff. de legib. Noſter itaque vt concludamus auctor de leui intellexit neq; hoc loci ſolam verum etiam in multis aliis præſertim in. l. 5. §. 1. ff. commod. vbi pluris in hanc ſignificationem vſurpauit à quo nec Pomp. abhorruit. l. etiam. §. 1. ff. ſol mat. Dolus igitur vt culpa cùm lata tùm leuis abſque dubio in contractibus numeratis locum habet, nimium in mandato, cōmodato, venditione, pignoris acceptione, locato, dotis datione, tutela, negociis geſtis, ſocietate,

21 & rerum communione ídque Accurſ. non incommodis iuribus cōfirmat. l. antep. 8. vlt. ſed vos reſtituatis penul. ff. mand. l. ſint certò. §. nunc videndum ff. commod. l. eum qui ff. de fuit. §. vlt. Inſtit. Quib. mod. re contrah. oblig. l. initio reſtituatis vos in iudicio. C. loco. l. etiam §. licet ff. ſol. mat. l. Quicquid. C. arbitr. tut. l. Tutori. C. de neg. geſt l. ſi maior. C. comm. diuidun. quæ omnia ſingula ſingulis adaptanda erunt. Sed contra vniuerſam propoſitam ſententiam vrgendum videtur. Quod

22 plerunque nedum culpæ quæuis in contractibus locum habeant, ſed nec dolus ipſe, veluti ſi tacitò paciſcatur modo contrahens. l. Si vnus. §. illud ff. de pact. reſponſio erit non incongrua ſi dixerimus id euenire propter inuolucrum ceſſantis ex pactione actionis. Sunt autem duæ in ſecundo capite deſcriptorum contractuum qualitates tametſi vna eſſe videatur, quidam recipiunt dolum & culpam & quidam ex his diligētiam quoque recipiunt quod quidem de exacta diligentia interpretādū erit, tametſi breuitatis cauſa non immemor ſe in regulis verſari tacuit rem enarrantibus interpretationem Auctor exactam omittat, hęc planè intentio ipſius extitit, vt de leuiſſima intelligeret culpa cuius qui-

quidem antitodon eſt exacta diligentia, vnde non mirum ſi ſermonis
grauitate retento alio loquendi genere vario pro leuiſſima culpa de-
monſtranda vlp. vnica tamen diligentis dictione vſus eſt. Hunc de mã- 23
dato paucis agamus in eo proſpecto non tantum dolus, ſed quæuis e-
tiam culpa damnati ſolet, ratio eſt in promptu, quoniam vt Iurec. ait
voluntatis eſt ſuſcipere mandatum neceſſitatis verò conſumare, cum
ſi is non cœpiſſet alius fortaſſe ſuſcepiſſet l. in commodato. §. ſicut ff.
commod. pro qua re mirificè facit quod perdoctus Germanus Hie-
ron. Franc. ex Plauto mercatore adduxit Carrinum ita loquentem re-
præſentanti. *Sæpè ex te audiui Pater mandata rei apud ſapientes præuorti decet,*
quod eleganter interpres ille declarat, mandatis ſcilicet rebus quâm 24
propriis curam habendam eſſe antiquiorem, quod Scæuol. vno verbo
concluſit in. l. Creditor. §. Lucius ff. mand. ſanctiſſimè admonens alie-
na negocia exacto officio geri debere nec quícquã in eorum admini-
ſtratione neglectum culpa vacuum eſſe l. in re C. mand. comminatur 25
præterea Imp. non modo pecuniæ in re mandata cuius certiſſimum ſit
iudicium, verum etiam exiſtimationis imminere periculum. Quare
mirandum non eſt ſi voce Imperiali illud etiam additum fuit, in man-
dato omnem culpam iuris auctoritate manifeſta præſtandam eſſe. Of-
fert ſeſe ſecundo loco commodatum, quod ex beneficio vt Pauli vtar
verbo ad certum vſum præfinitum vel præſcriptam diem commodati 26
ſolet vt Accurſ. placuit, eius autẽ contractus ea eſt natura vt cum gra-
tia commodatarij tantum fiat ſi res commodata detrimentum vllum
accipiat, etiam de culpa commodatarius eo nomine teneatur, quæ pla-
nè ab eodem auctore in d. §. nunc videndum approbata ratio eſt éſt-
que non inueriſimile huiuſcemodi rationis occaſione Iuſtin. in. §. item
is Inſtit. Quib. mod. re contrah. obl. in hunc modum fuiſſe locutum. 27
Is qui vtendũ accepit ſanè quidem exactam diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare
iubetur. Hæc ſufficit eo tantam diligentiam adhibuiſſe quantam ſuis
rebus adhibere ſolitus eſt ſi modo alius diligẽtius poterat eam rem cu-
ſtodire, ex quibus dilucide intelligitur leuiſſimam quoque culpam in
commodatum venire póſtquã maior quædam in propriis rebus poſtu-
latur, neque id ſine ratione, namque ex contrario qui commodato dat 28
illud in mente habere debet vt beneficio adiuuet non re vitioſa deci-
piat, aut rem commodatã intempeſtiuè ſubtrahat, quandoquidẽ quod
fuerat à principio beneficij & voluntatis vnde in mutuas præſtationes
actionéſque ciuiles conuertitur, quæ ſentẽtiæ verbis aureis à Iul. Paul.
in l xvii. §. i. ff. commod. æternitati cõmendantur, quæque apud me tãti
ſunt, quòd in eam ſententiam ne rapiant quam ſcripp. non ſunt aſſe-
cuti vt & ipſe qui commodati beneficiũ confert non ſolum de dolo & 29
omni culpa. Verum etiam de leuiſſima teneatur in his perpenſis verbis
quibus mutuæ præſtationes actionéſque ciuiles introductæ efficiũt,
vt non abſimilis modo qui beneficium commodati confert quàm qui
recipit teneri poſſit. Eſt & præterea animaduertendum quod Bal. in 3

nonnullis conſil.& cæteri doctores in ſuis cõmentariis,quos Cagnol. & refert,& aſſectatur opinati ſunt, vt ſiqui commod. accepit rẽ reſtituẽdam fideli ſeruo crediderit domino perferẽdam, & furcifer ſeruus aufugerit rem furto contractã,quod reſtituens ad rei precium non teneatur,ſed quamuis cum tantorum virorũ authoritate difficilis ac periculoſa contẽtio ſit attamen ipſorũ opinioni ſubſcribere non poſſum dum permagna me æquitas trahit, video enim ęquo & bono non conuenire vt ſerui errata ac ferè pœnam.qui dominus nõ eſt,quiq; beneficium contulit indignè ferit,quod & ſtricto iure confirmari videtur.etenim quem communis locus fuget dominos nimirum pro noxa ſerui teneri vt in tit.de noxa.act?Quemadmodum optimę indolis ac doctus Adoleſcẽs noſter auditor Ludouicus Floccard.mihi ſua virtute chariſſimus acutè conturbatur. Deinceps ſi leuem culpam reſpectemus quæ commod.fruenti contraria eſt, nónne dominium fideli ſeruo rem etiã pretioſam committentem iuſtiſſimè afficiet, cum ſeruorum conditio
31 nemini ſit ex Comicorum repręſentatione obſcura quãtis in dominos referta ſit fallaciis.Quòd etſi etiam rei ſubſtantiam contemplemur,ſi pretioſa res perferenda data ſit puta aurum, argentum,& ſimilia nónne dominus ille conſpicere debebat,quod ęgregius Poëta inquit. *Quid non mortalia pectora cogis auri ſacra fames.* Denique ſi quid deferendũ contrariæ opinionis authoritati videatur nullo pacto adduci poſſim , vt indiſtinctè aſſentirem, vixque ad hoc moderamen perduci poſſem vt paterer eorum ſententiam recipi ſi quid res mediocres perferãtur nullatenus tamen ſi precioſæ,neque vllum facit negocium quod tibi eam proponant rationẽ,ideò reſtituentes per ſeruum fidelẽ qui cum re aufugerit eſſe excuſandos quòd ſeruorum cuſtodię præſertim fideliũ non ſoleant,vt noſter aiebat hac in l.vlp. namque non eſt de fuga ſerui cõmod.diſputatio,ſed potius de re. Non obſtat pariter quòd communis quidam error ſoleat excuſare.L.Barbarius ff.de off.Baſid.nanq; ex publica vtilitate cõmunis ille error de Barttore Barbario ſeruo toleratus eſt ſicut eò loci Iuriſc.meminit. His antegerit etiã illud addendũ eámque memoratu dignũ quòd elici poteſt ex Iurecc.doct.in l.1.§. nũc vi-
32 dendum ff.comm,ſi re commodata ęſtimata ſit,& deinceps commodo data non ſolũ omnes culpæ,Sed etiam caſus ab eo qui recipit præſtãdi ſunt,referuntur pleriq; alii caſus tam per eam legẽ,tum per alios interpretes ad quos breuitatis cauſa vos reiicio, tam verò referũt interpretes,multiſq; ambagibus pertractant an commod.præſumatur in reci-
33 pientis cõmodum,vel in dantis,vel in vtriuſq; gratia factum recedere planè videntur à regularum tractandarum munere, quæ quidem rem quæ eſt breuiter enarrat,non extra rem hi denuò in loco ſciti, peritiq; videri affectantes incommodã interpretationẽ lõgius quã par eſt producunt,ſed de his hactenus.De vẽditione paucis vtiliſſimis tamen admonitis agendum erit,ídque in primis in hoc artic. animaduertẽdum, arbitror eius Iurec.eſſe mentẽ vt in vend.locum habere leuem culpam

oſtendat à qua mirũ eſt quantopere cámq; à ſcopo ſcriptores aberrent quando vix de lata culpa exemplum aliquod afferunt,deq; leui rem adeò quaſi ad angulum detrudant,vt venditorē de leui culpa teneri pro re nondum tradita exiſtimare tantum videantur in.l.vlt.§.vlt.ff.de peric.& comm.rei vend.in cuius interpretatione cum prolixè Cagnol. tum etiam perperam,elegantiſſimus autem Hieron.Franc.German. acties rem quæ cæteri contuens contemplatuſque eſt non ſolum poſt rem venditam ante traditionem diligentiam per venditorem præſtandam eſſe,ſed in ipſa re vendenda culpam ablegandam , in memoriámque reuocat,quæ à decemuirali lege cõtra venditorum fallaciam cautum ferat teſte Cic. 3. off. lib.qua non ita plenè ſicut hominũ malitia expoſcebat decernente vtiliſſimum ędilitium edictum editum fuit ad venditorum calliditatem comprimendam,ſi quid vitij in re vẽdita vel non pronunciaſſent,vel callidè ſilentiò inuoluiſſent redibitoria tenerentur, quinimò doli actione plerunq; notarentur veluti ſi falsò rẽ in vendẽdo decipiendi cauſa cõmodaſſent vt in.l.quod vend.ff.de dolo l. Sciendum ff.de edil.edic.Sed hęc tametſi vtiliſſimę extiterint & cõmemorat.dignę,attamen leuis culpæ ſpeciem expreſſim non attingũt, ſed quæ dicta ſunt ad dolum latámq; culpam pertinent , de leui igitur exemplum diligentius exquiramus,quid in omniũ comment.omiſſum eſt,recito vlp.verb.ex quib.tanquã Theſaurus poterit id effodi in l.1.§. cauſa ff.de edil.edic.ait.*Dummodo ſciamus venditorem etiam ſi pignorauit ea quæ ędiles præſtare iubent tamen teneri debere nec eſt hoc iniquum,potuit enim nota habere venditor,neque intereſt emptoris cur fallatur ignorãtia venditoris,an calliditate.*Hacten.vlp.Cum igitur poſtrema ex his verba calliditatē ad ignorantia diſtinguant,ſequi videtur in ignorantē leuem cadere culpã.Verum obiicietur maiorē quandam eſſe culpam vt his tametſi ignoranti adſcribendam arg.l.illic.§.qui vniuerſ. ff.de off.Pręſid. iuriſq; ignorãtia neminem ſoleat ſubueniri. l.reg.ff.de iur.& fac.ignor.Reſponderē iniureiam antiquitus vulg.quod omnib.innoteſcat,vel debeat ſaltem innoteſcere.l.leges ſacratiſſimæ.C.de legib. id etiam inuitis dentibus fatẽdum eſſe,Cæterũ in nouis promulg. edictis non illico in quo vis notitia cædit arg. à præconis voce deſumpto quã non omnib. innoteſcere fatetur Iuſt.in Auer.Qui ſemel.C.quẽ.& quę Iud.faciũt quæ ſpeculat.in tit.de Citat.§.4.verſ.cæterum & verſ.hoc ord.& §.item quòd clamorem.vtilit.pertractauit.Diximus de dolo & culpa in ipſo vend. contractu ineundo interuenientibus,paritérque leuis culpæ eod.tempore intercedentis exemplũ propoſuimus: Videamus quonam pacto leuis culpa poſt perfectam abſolutamque vend.locum habeat.pręmittenda illa ſententia eſt,empt. perfecta res venditas apud venditorem peric.empt.ſtare.§.cum autem Inſtit.de empt.& vend.l.1 C. de peric. & comm. rei vend.quæ ſententia tametſi vera ſit,non eſt tamen adeò firma quin aliquo teneatur vitio , vt regularum omnium natura eſt

l.omnis diffinitio ff.eod. namque ante traditionem cuſtodiā adhibere venditor tenebitur,quam non ocioſus paterfam.ſuis adhibet rebus l. Quod ſępè.§.quod ſi res ff.de contrah.empt.l.hoc ita ff.c.l.cuſtodiam l.ſi vend. ff.de peric.& cōm.rei vend. vel ad rē accipiendā nullum tēpus præpoſitum fuerit,vel fuerit dies dicta tempore durante, certū eſt cuſtodiam præſtandam eſſe,eo verò tranſacto,ſufficit ſi vend.dolo ca-
35 reat.Quinimo ſi vinū fortaſſe conditū extiterit & dies præſcripta intra quam ex doliis educēdū eſſet, quo dolia domino vacua eſſent,neq; eductum die dicta fuerit vinū ſpargi quidem poterit,ſed lex vt fraudibus occurreret,quod interpretes iniuria non aduerterint ſi inhumani velint eſſe venditores,effunderet totum per corbas tenentur,alioqui ſi ſine menſura vel partē effunderint fraudis doliq; nomine non immeritò accuſabuntur l.i.§.vlt.ff.de peric.& cōm.rei vend.ex qua pulcherrima deciſione admonemur non ſolum perfecta vēditione dolum ineſſe poſſe ante rei traditionē & cuſtodiam exigendam,verum etiam ab omni cuſtodia venditore liberato adhæc ab eodem interdum fraudem committi: eſt autem & illud non committendum ſiquis rem vltra dimidiam.iuſti pretij vendiderit aliqua doli ſuſpitione non carere in.l.2. C.de reſcind. vend.Doctores annotarunt, pleroſque alios caſus enormis læſionis realiſq; vt aiūt doli in l. ſiquis cum aliter ff.de verb. oblig.
36 Quinimò & plerunque Impp. beneficio receptum eſt vt ſi venditores dolo careant in rebus pluris vendendis quàm æquum ſit,& in leui culpa verſentur ſentiant aduerſus ſe, emptores reſtitui, quod quidem remedium memoratu dignum eſt quòd ſoleat competere tametſi enormiſſima lęſio non intercedat l.3,C.ex quibus cauſ.maior.Minores vlſo natu leuem ob vēditonis culpam quinimò leuiſſimā poſſent aduerſus
37 vend.reſtitui.l.ſi in empt.ff.de minor.xxv.ann.l.Reſpub.C.Quibus ex cauſ.maior.quod leuiſſimæ culpæ genus non ſolū in prædictis caſibus locum habere conſtat verum etiam ſuſpicor,venditorē ante rei traditionē de qua paulo ſuprà locuti primus in re cuſtodiēda teneri. Mo-
38 uēt me Pauli verba hæc ad Sabin.lib.5.ſcripta in l.cuſtodiam ff.de peric.& comm.rei vend.*Cuſtodiam autem talem venditor præſtare debere qualem præſtant,ij quibus res commodata eſt,vt & diligentiam præſtent exactionem,* ad quam oculos Pauli auctoritatem ſcripturientes non detorſerunt, comprobo hanc admirandam opinionē ex Caij ſentētia lib.2. aureor. deprompta,cum ait & puto eam diligētiam venditorem exhibere dolere,vt fatale damnum vel vis magna ergo non leuis culpa: Omiſerūt præterea diligenter indagare,an quod in venditore ſuper leui culpa commentati ſunt poſſent & in emptore eandem exactæ diligentię ob-
39 ligationem reperire , quod quidem præſtare pro munere debuiſſent, quando Vlp.de vend.loquens tam vēditorem quàm empt.intuetur cū ſine vtriuſque interuentu & conſenſu nequeat venditio expediri,affero itaque nouiſſimè leuis in empt. culpæ exemplum ex vlp. in.l. & vēditio ff.de contrah. empt. vbi quemadmodum de vēditore ibi dicitur

ſi per contrarium fuerit qualitas aliqua venditioni inſecta ad arbitriũ ipſius emptoris exigenda, ſi nolit emptor boni viri arbitrio ſed liberiore quodam vti ad animi libidinẽ in culpa erit, venditioniquе aſſentiri cogetur. De Liquore nunc referendum eſt, pro cuius declaratione in memoriam remouenda ſunt quæ Iurecc. diſtinguendo inter pignus conueniendo & prætorium diſtinxere, itemque & de pignore mobilium rerum & immobilium necnon hypothecarum vel expreſſim vel tacitè conceptarum, quarum rerum communes loci ſunt in l.4.& 5. ff. de pignor. in §.item cum Seruiana Inſtit.de act.in l.Prætor. §.præterea ff.de bon.auth. iud. poſſid. Exordiamur itaque à rerum mobilium pignoribus quibus tantummodo ſi ad expreſſa verba atque ad ſententiã rem accipiamus, interpretes hoc loci minus diligenter ſicut multa alia prætermittentes locuti ſunt. In his ergo leuem culpam habere locum certi iuris eſt apertè enim adeò ea de re Vlp. locutus eſt non hic 40
ſolum, ſed alibi, vt nihil clarius ait. enim in l.ſi cum §. venit. ff. de pig: act. *Venit & cuſtodia vis maior non venit*, Huiuſcę quoque rei comminiſcitur Iuſtin.in §.vlt.Inſtit.Quib.mod.re contrah.obligat.cum ait. *Sed quia pignus vtriuſque gratia datur, & debitoris qui magis pecunia credatur, & creditoris quò magis in tuto ſit creditum placuit ſufficere ſi ad eam rem cuſtodiendam exactam diligentiam habeat quo minus ad caſus fortuitos teneatur.* De Leuis igitur culpæ ſententia tantis teſtimoniis confirmata incaſſum plura effunderemus, de leuiſſima itaque nonnihil diſpungendum eſt quam etiã partem inconſideratè noſtri ſcriptores præteruolarunt. Eſt autem apud 41
me expeditiſſimum leuiſſimam quoque culpam in pignoris contractũ nonnumquàm venire, ſuadent verba eiuſdem Auctoris in l. ſi cum §.venit.ff.de pig.act. *Venit*, inquit, ille, *in hanc actionem dolus & culpa, vt in commodato venit & cuſtodia. Vis maior non venit.* Quibus ex verbis apparet pignoris conuentionem ex illis vnam eſſe, de quibus Vlp. hoc loci locutus eſt diligentiam recipere præter dolum & culpam, ideſt per contrarium acriter oculorum aciem dirigere pignus detinentem debere, eſt ne in leuiſſimam culpam incidat: eſt, enim diligentia præſertim exacta 42
vt ſupra diximus Antitodon leuiſſimæ culpæ Vlp. verò in dicto reſpõſo §.venit noſtram hanc probare opinionem triplici vehementi coniectura oſtendemus. In primis itaque comparat huiuſmodi contractũ pignoris commodato, commodatum autem à leuiſſima culpa ſolere ſe vendicare, docuit idem Iuriſc.in l.ſi vt certo §. videndum ff. commod. ſecundo in d. §. venit cum inquit *poſt dolum & culpam venit & cuſtodia*, ſi cuſtodia itaque poſt Leuem culpam accedit, quoad aliud præ ſe fert, quàm Leuiſſimæ culpæ contrarium, alioquin nihil accederet, perperamque Iuriſc. loqueretur, quo vitio eorum ſermo omnino liberandus eſt arg. eorum quæ not. per Docte.in l.ſiquando ff.de leg.p.facit prima Cod. Conſtitutio in §.Quibus Tertio poſtrema põdere verba cum ait. *Vis maior non venit* Ecquid aliud eſt abnegare vim maiorem, caſuſque fortuitos excipere quàm in cæteris aliis diuerſam deciſionem inducere ac

confirmare vulgata l. Prætor de iud.& Doctorũ.not.in l.i.cod. tit. eadem autem noſtra opinio fulcitur inſuper Imp.noſtri dictis in d.§.vlt. Inſtit.Quib.mod.re contrah.obl.cum ait.*Placuit ſufficere ſi ad eam rem cuſtodiendam exactam diligentiam exhibeat*, At quominus ad caſus fortuitos teneatur exacta diligẽtia, exactaque cuſtodia quid aliud præ ſe ferunt, quàm leuiſſimæ culpæ hoſtes,ac deturbatores.Rurſus ex doctrina vlp. in d. §. venit dum comparationem pignoris ad commodatum facit nonne comparatio penitus diſſimilis eſt, cum plerumque (vt eiuſdem Auctoris vtar verbis, & ſententia) cõmodatum in gratiam atque vtilitatem recipientis duntaxat fiat d. l. ſi vt certo, §. mane videndum, pignus verò vtriuſque commoditatem reſpiciat, vt ex Iuſtin.
43 diximus diſtinguendum,Acutè, vt opinor,putarem aliam eſſe cõditionem ineundi pignoris & ſub pignoribus pecunias mutuo accipiendi, aliam verò accepti iam pignoris,& mutui contractus facti ſub vſuris, ſub quibus vt plurimum hoc antiquitus pecuniæ mutuari ſolebant & fideiuſſores,vel pignora recipi, ſplendidiſſima ſunt argum. Reſponſa Magnorum Iuriſconſſ. Pauli & Afric.in l.Lecta,& in l. eius ff.de Reb. cred. ad quas plurima nouiſſimè ſcripſimus, in pignore certè contrahendo vtriuſque commodum reſpicitur, quando ſub ea ſecuritate facilius pecunias credentes inuenit, creditor verò ob eam propoſitam tutelam liberius,ac tutius ad mutuandum allicitur. Cæterum vbi contractus ſuis eſt numeris abſolutus, qui pignus accepit, is ſolum commodum habet nam pecuniarum ſuarum vſuras percipit, vel percipere certus eſt pignori confiſus, quòd vbi ad diem ſors, vel acceſſiones non fuerint ſolutæ vel ex conuentione vel ex iuris auctoritate plus offerenti pignus diſtrahere liberè poterit, de conuentionali pignore hactenus. De hypotheca pariter conuentionali, vel legitima, quæ tacita
44 appellatur, de qua in l. aſſiduis. C. Qui pot. in pig. hab. l. 3. ff. de pact. §. item Seruiana &.§. fuerat Inſtit.de act. planè in hypothecis etiam expreſſis tantum abeſt vt culpa quæuis etiam Leuiſſima lata ſemper excepta locum habeat, vt vix dolus ad eam pertineat, rationem autem illam eſſe credendum eſt, quoniam hypotheca non ſolet viſi nuda conuentione conſtirui, non autem res hypothecata tradi, hanc doctrinam Inſtin. literis monumentiſque conſignauit in d. §. item ſi Seruiaua Inſtit.de act.inquit enim hypothecæ appellatione eam rem contineri quæ ſine traditione nuda conuentione tenetur, dolus autem variis modis & calliditatibus poſſet à creditore exerceri aduerſus rem hypothecatam apud debitoris manus exiſtentem, idque machinari poſſet creditor variis animi affectibus ſubdola aliqua intentione adductus, vt varia ſunt hominũ ingenia. l. Quia ff. ad Trebell. Quod & in Hypothecis tacitis,atque legalibus identidem fieri poſſet, quas meditationes noſtri non ſunt hic interpretes aſſecuti, neque etiam in eo poſtremo quod ipſi propoſuerunt multum diligenter verſari, in prætorio ſcilicet pignore, de quo paucis cum Caio Iuriſc. me expe-

dio , ait ille in l. 9. quæ incipit Prætor in §. præterea. *Si deteriora præ-*
dia in quorum poſſeßione Auctore iudice creditor eſſet ſine ipſius dolo malo facta
fuerit, vel iura eorum amiſſa, vel ędificia diruta, vel exhauſta item familiæ pecorum
quę acta cura non ſit, vel poſſeßio ſine dolo modo condita alij appareat, eum non te-
neri, quia dolo malo caret, eritque melior eius conditio quàm in pignore creditoris
qui non tantum dolum malum, ſed etiam culpam debet. & in prin. eiuſdem
legis verba prætoris clariſſima quoque proponuntur, dum ait.

Quòd ſi dolo malo deterior cauſa poſſeßionis eſſe dicatur, de ea re in factum iu-
dicium dabo. Quæ verba acerrimus interpres Vlp. elegantiſſimis exem-
plis ſupra recitatis explicuit, ac locupletauit in ea re autem ipſius ve-
ſtigia non ſecuti diminutè noſtri locuti ſunt de hac re interpretes cum
non explicarant an ſolum dolus malus, vel lata etiam culpa in præ- 45
toriis pignoribus pręſtandi eſſent & nō vererer poſtquam Celſ. veriſ-
ſimum eſſe dixit latam culpam dolum eſſe. l. Quod Nerua ff. depoſ.
quod eadem interpretatio ad ipſum quoque Prætoris edictum perti-
neat. Rurſus & aliud omiſſum eſt qua de cauſa prætor in factum ad- 46
uerſus dolum proponat actionem non autem de dolo illam eſſe puta-
ui , quoniam de dolo ſoleat actio de iure ciuili competere, & Prætor
in ſuis inuentis pignoribus prætoriis extra ordinem actionem quoque
obtulerit, nec ideo ordinariam competere denegamus. De locatione
loquentes reuocare in memoriam in primis debemus vti inter morta-
les frequentiſſimus hic contractus eſt, & penè cum humano genere na
tus gentium omnium iure receptus. l. ex hoc iure ff. de Iuſt. & iu. ita
& in eo bona fides ſicut in pleriſque aliis ſimilibus ſuam ſedem conſti-
tuit vt tametſi à partibus cuncta minimè conuentionis lege expriman-
tur, Attamen quæ ex æquo & bono venire poſſe viſum eſt, ea quoque
præſtantur. §. vlt. Inſtit. de obl. ex conſen. l. ex conducto. ff. loc. l. circa.
C. eod. quæ quidem ratio, & huiuſce contractus indoles videtur effice-
re, vt conductores de dolo & culpa non de leuiſſima aut periculo te-
neantur: Sed quis obiiciet non eam eſſe propriam congruamque ratio-
nē, ſed quā idem Accuſ. in .l. ſi vt certo ff. commod. tradidit cum ibidem
dicatur: *Quoniam vtriuſq; in ea conuentione commodum verſatur, ideo de dolo &*
culpa quis obligatur. Sed hæc ipſa Iuriſc. ſententia noſtrę cōſiderationi nō
aduerſatur, nā ſi quis recitatā hāc rationē in iuris medullis hærentē ex-
quirat, videbit ex eadē fonte boni & æqui manare, & rationi naturali
cōuenire, vt nō ita grauiter vrgeatur is qui rē tractat, ex quo quod ha-
beat in vtrūq; contrahentē cōmodum redūdat, quā qui ſuū tantūmodo
ex re accepta cōpēdiū metitur. De ratione hactenus. Nūc quorundā in- 48
terpretū veſtigia ſequēda, ſunt in expiſcādo vnde hæc regula deprōpta
fuerit, præſertim quæ ad locationē pertinet, crediderūt nōnulli ex to-
tiens citato reſpōſo d. l. ſi vt certo §. nūc vidēdū ff. cōmod. deductā eſſe,
ſed multa obſiſtunt quę diſceſſionis ab ea opinione probare cauſā vidē
tur. repugnat in primis inſcriptio, ſcribitur enī ibi ad edictū, hic verò ad
Sabin. cōuenit tamē librorū numerus, ſed quid inde cū plures ad edictū

plures etiam ad Sabin. libros Vlp. vt in ſuorum librorum indice apparet, ſcriptos reliquerit? Denique vt non ſolum in hac ipſa dubitatione, verum etiam in cæteris id generis me paucis expediam, non ſolum hoc loci, ſed etiam aliis in regulis, cum de regularum tranſlatione interpretes ſermonem habent, incaute errore labi videntur, credunt enim, vbi
49 mentio eiuſdem ſententiæ pro regula poſitæ in aliquam legem inciderit ex ea regulam fuiſſe penè exculptam, moti tantummodo verborum conformitate vel etiam ſenſus conſonantia, neque ſolerter aduertunt inſcriptiones tum nominum Auctorum, tum etiam eorum ad quos ſcribebatur permultum differre argumento eſſe poteſt vna pro omnibus quòd indicauimus ex d. l. ſi vt certo ſequitur vt videamus, quibus modis hoc ipſum quòd regulariter de dolo & culpa circa locationem traditum eſt à pleriſque imminentibus obiectionibus ſeſe eximat, video enim Caij legem acerrimè aduerſus hanc pugnantem ſi ingenio peneralem illius ſenſum perſcrutemur in l. ſi merceſ. §. culpæ ff. loc. inquit
50 enim *ſi propter inimicitias conducti fundi conductoris vicinus arbores exciderit non ſolum ex locato tenetur ſed etiam* N. & in fine ſubiicit. *Idque culpæ ipſius annumeratur*, eam autem deciſionem quis negare audebit, ad leuiſſimam ipſius conductoris culpam pertinere, non enim poterat, tam facile hoſtium fraudibus occurrere, & viribus reſiſtere, neque futurum hoc inuſitatum hoſtile damnum arborum excindendarum excogitare, quinimò alterius contrahentis partis eſſe videbatur, vt perſpiceret quo cum contraheret l. Qui cum alio ff. de reg. iur. homine inimicitiis atque odiis implicato refugere ſcopulum parum accuratè viſi ſunt interpretes dum dixerunt id inſtar eſſe columnæ ad transferendum conductæ de qua in §. qui columnam ead. l. quo caſu ob rerum fragilium naturam quis de Leuiſſima culpa teneatur, ſed hæc inepta mihi diſſolutio videtur, tum quam Iureconſſ. non id præ oculis habuerunt, quid enim vitro fragilius? eius tamen non comminiſcantur, deinde ponamus id columnæ conuenire tametſi duriſſimæ (vt lapidis natura eſt) attamen non cõueniet arboribus qui quidem non fragiles, ſed fiſſiles, & ſciſſiles ſint, vt fiſſile lignum dixit Poëta lib. 10. Æneid.

Procumbunt piceæ ſonat icta ſecuribus ilex
Fraxineæque trabes cuneis & fiſſile robur.

Sed has ſpecies propter naturam mobilem nonnihil inter ſe ſimiles relinquamus. Quid ſi res ſtabiles, vt vrbana, & ruſtica prædia locata conductoris inimici ruperint, inflammarint, nonne idem iuris erit? quod inficiari non poſſumus, exquo interpretum ratio inanis & futilis euaneſcet, indagandum eſt ergo vnde contraria illa deciſio à Caio propoſita cauſam erexerit in d. l. ſi merces. §. culpæ. putarem non eſſe à verbis eiuſdem Auctoris recedendum cum ait. *idque culpæ ipſius conductoris annumeratur*, non eſt itaque rei ſingulis natura in cauſa ſed culpa, non leuiſſima culpa, ſed leuis poſtque paſſim receptum eſt culpæ nomen leuem indicare, neque conductæ columnæ periculum huic

noſtræ

noſtræ opinioni litem facit, quoniam columnam ad transferendum conducentes æquum eſt, vt adiuuantium à ſe conductorum hominum quoque culpam præſtent, qui enim auxilium ſuppeditant non locatoris ſed conductoris nomine id faciunt. l. Qui meo ff. de acq. poſſ. ſed obiiciet aliquis fortiſſimaque illa animaduerſione vrgebit Qui fiat vt inimici ſæuitia culpæ conductoris adnumeretur, itemque quidnan poterit reſponderi adductæ regulæ locatori aduerſariæ, qui ſcire deberet conditionem hominis cum quo contrahit, ita putarem poſſe ęnigma hoc diſſolui quòd eiuſmodi regula. l. Qui cum alio impedimento non ſit quin alia regula æquiſſima & naturalis multò prius antecedere debebat, videlicet quòd qui cum alio contrahit ſicut tenetur ſcire alterius conditionem, multo magis teneatur ſcrutari ſuam ſiquod in Delphici oraculo poſtibus ſcriptum erat in memoriam reducamus. *Noſce te ipſum.* Debebat itaque conductor prædij illud meditari ſe inimicitias cũ fide habere non poſſe vt Cic. ad Heren. ſententia fuit, & inimicorum eam eſſe naturam vt fraudes inſidiaſque inimicis parent vt damna calamitates & miſerias, quas poſſunt omnes aduerſus hoſtes procurent, voueant, & imprecentur: Quamobrem non niſi ſumma cum prudentia à Caio dictum fuiſſe, arbitrabor damnum omne hoſtili hac via illatum conductoris culpæ attribuendum. Eſt & aliud fortiſſimum contrarium, & difficultate ſuperiori non minus arduum, cõductorem non ſolum leui culpa affici poſſe, ſed & quod longius aberrans eſt ab hac regula periculo ſupponi eiuſdem Caij lib. X. ad edictum prouinciale 51
in l. Qui mercedem ff. loca. hæc verba ſunt. *Qui mercedem accepit pro cuſtodia alicuius rei is eius periculum pro cuſtodia præſtat.* Reſpondebimus ex eiſdem verbis ſolutionem enaſci, namque expreſſim conductor cuſtodiam promiſerat, idemque vt eam diligentius præſtaret obligationẽque libentius ſuſciperet merces laboris leuamen interuenerat, de qua re noſter hic Iuriſc. non loquitur: eſt etenim id exploratum ſi merces, ſi cuſtodiæ lex clara non interceſſiſſet leui tantum culpa ſicut in cæteris locis teneri frequenter eſt reſponſum. l. idem §. ſi gratis l. Nauta ff. Nau. caup. ſtabul. ſed quid & ſi aliud exemplum afferatur in quo & merces, ideſt honorarium mercedis loco & cuſtodia concurrunt, neque tamen periculum imminet: Ecce cauſarum patroni qui defenden- 52
dæ cauſæ curam adhibere tenentur honorarium etiam cum vacat conſequuntur. l. Qui mercedem. l. qui operas ff. loc. habetur tamen apud Dioclit. & Maxim. Impp. dilucida ſanctio in l. in iudicio C. loc. qua cauetur cauſarum patronos in iudicio non niſi de dolo & culpa teneri, hæc ita oppido erit obiectio perrumpenda, aliam eſſe cauſam expreſſi aliam taciti. Quoniam Auctores taciti vel expreſſi natura ſunt differentes, expreſſit enim qui cuſtodiam alicuius mercede conduxit in conuentioniſque tenore nominatim quod præſtari oporteret inculcauit, cui ſi non ſatisfecerit ſe ipſum incuſet. At verò lex cuſtodiam habendam, vt æquum eſt præcipit, legis autem & contrahentis condi-

tionem longe eſſe diuerſam quis eſt qui neſciat? Cui denique tametſi mediocriter in iure verſato tritiſſima alia regula erit incognita, Mitius quidem agi cum lege quàm cum homine ſibi in ſpecie prouidenti. l. ſed & Celſus ff. de re iud. De tutela agendum eſt quæ & dolum & culpam
53 ſine dubio recipit, eam rem vt acute indagemus, atque odoremus omnia ſi præſenti animo eſſe veliris (quæ veſtra eſt humanitas) vt ſoletis, nec auribus peregrinari altius aliquantulum, quod paſſim traditur repetendum erit tutelam de iure publico introductam eſſe, & quemadmodum è Repub. eſſe Ciuitatem liberis hominibus repleri viſum eſt. l. i. ff. ſola mat. itidem Reipu. expedire cognitum fuit ne malis hominibus repleretur vt Syllæ, Marij, Catilinæ, Cæterorumque impiorum exempla oſtendunt. Eſt enim & indubitata apud medicos ſententia ex repletione morbos naſci ex ijs autem vitæ finem, vnde non mirum ſi quemadmodum illi ad purgandum variis vtantur remediis, eodem etiam admoniti exemplo malis hominibus prouincias purgari legis latores præcipiant. l. obſeruandum §. curare ff. de off. præſid. Curarunt ergo legum Conditores vt ex publico eſſent, qui pupillorum perſonas defenderent. l. tutoris ff. de admin. tut. defenſionem autem huiuſmodi non paucis muniis eſſe contentam, ſed rurſus latè patere voluerunt, quò nauiter magis ad laborarent & pupillos ipſorum fideicommiſſos rectius inſtituerent, bonis moribus informarent, eorumque res ſaluas eſſe operam darent, vt in titulo ff. Rem pupil. ſal. fore. publicæ igitur huius inſtitutionis tutorum cauſa effecit, vt iidem qui
54 ſecundum aliam regulam d. l. ſi vt certo. §. nunc videndum (ſiquidem nullum commodum ex tutelæ adminiſtratione conſequntur) de lata ſolùmodo culpa teneri debuiſſent, leuis quoque culpæ nota nomine accuſarentur, poſtquam de nullo eorum commodo ageretur, ſed pupillorum, niſi curæ & ſollicitudines incommodorum numero ponantur, cui veriſimili obligationi apprimè conformis eſt ſancti Leonis Imp. ita loquentis in l. 2. C. arbitr. tut. *Domina paternorum debitorum ſi idonea fuerit initio ſuſcepta tutelæ & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutelæ eſſe ceperunt, Iudex qui ſuper ea re datus fuerit deſpiciet, etſi palam dolo tutoris vel manifeſta negligentia ceſſatum eſt, tutelæ iudicio damnatum quod ceſſatione accidiſſet pupillo præſtandum eſſe curabit.* Ex quibus verbis ad vnguem repoſitis adeò ſolum lata culpa exprimitur, vt eiuſdem rurſus mentionem inculcet, cum manifeſtam negligentiam nuncupat vt in l. magna ff. de verb. & rer. ſig. Augetur præterea dubitatio quòd videamus non ſolum in nominibus exigendis verumetiam & in prædiis per tutorem emendis latam dumtaxat culpam fuiſſe à Iuliano Iuriſc. obſeruatam in l. tutor qui repertorium. §. competit ff. de admin. tut. & nihilominus his minime officientibus contrariam cæteris Iuriſc. noſter ſententiam in hac lege proferat non ſolum latæ, ſed leuis quoque culpæ tutores nota inurendos fore, quod adeo verum eſt vt & Dioclet. & Maxim. id ipſum apertioribus verbis ſtabiliuerint & ne-

dum in eximendo pupillum à domino, verum etiam in amiſſione lucri reſarcienda talia verba ſunt in l. quicquid. C. Arbit. tut. *Quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, ſeu curatoris minores admiſerint, vel cum poſſent non acquiſiuerint hoc in tutelæ ſeu negociorum geſtorum vtili iudicium venire non eſt incerti iuris.* Rationem autem cur id factum ſit nos paulò ante explicuimus, nunc non mediocris erit labor rationem reddere conſentaneam: Quamobrem duæ prædictæ cauſæ tum prædiorum emendorum minus idoneorum, tum nominum non ſtatim exigendorum à leui culpa excipiantur & ad latam ſolummodo pertineant. Bar. & Bal. iuris alioqui ciuilis duo fulmina belli quos communiter recentes conſectātur in citatis locis ad miſerorum refugium conuolanr, ſpecialeque id eſſe hiſce in caſibus affirmant, ſed ne aſſentatoris, verum inſimulatoris iuſti potius partes obeam, tantum abeſt vt verum reddant rationem, vt nec etiam veriſimili alicui coniecturæ ſeruiant: Eſt enim minimè in primis nedum vt eorum vtar vocabulo, ſpeciale, ſed potius contra ea, quæ ſpecialia eſſe dicuntur pugnare videtur: Etenim ſi priuilegiaria pupillorum cauſa eſt. l. 4. de priuil. cred. & ob eam cauſam receptum eſt contra commodi & incommodi regulam culpas diſcernentem vt d. l. ſi vt certo §. nunc videndum, receptum eſt inquam tutores de leui culpa teneri, idque in gratiam & fauorem pupillorum, quonam pacto tenere aſſenſerunt dicentibus contrarium ſpeciale eſſe.
Secundo grauiſſimo labuntur interpretes errore non tantum hoc loci, verum etiam in omnibus ſimilibus, in quibus ad hanc rationem 56
confugiunt, quandoquidem in priuatis negociis nulla vt ita dicam, ſpecialitas, vel prærogatiua inſpicitur præterquā ob ingentem & magnam cauſam l. videamus. ff. de in lit. iur. vel ob ſummam æquitatem vndequaque redundantem, vel ob publicam aliquam cauſam, vt ſunt Eccleſiarum, fiſci, dotales, pupillares, libertates, & cæteræ id generis cauſæ, à quibus cum recedimus omnem prærogatiuam vel priuilegium à mo. talis negociis abdicatum, alienatumque ſentimus, ſed quoniam facilius aliena viria nos aduertimus quàm melioribus rationibus naſcenti difficultati occurramus (pace tantorum virorum dicam) mira hi nos nedum inuoluros difficultate duabus his deciſionibus ſcriptores reliquerunt, verum & enarratam dubitationem adauxerunt, Diuino (frater ſanè) potius conſilio quam humano ingenio opus eſſet quò perfectè illud aſſequamur, cur Iulian. in emptione prædiorum, cur Leo Imp. in exigendis debitoribus tutores. Latæ ſolum culpæ ſubiiecerinr d. l. tutor qui repenrorium. §. compertum ff. de adm. tut. d. l. 2. C. arbit tut. Cogitabam an fortaſſe hoc pacto defendi poſſet. ideo in prædiis emendis minus idoneis parumque vtili conditione ineundo ſordib⁹ tamē vel gratia excluſis, & lata tātū culpa tutores deuinci, quoniā in emptionibus & vēditionibus cū regula tradita ſit, naturaliter licere inuicē cōtrahētes ſeſe decipere l. in cauſa. ff. de minorib. in rractādo emptionis negocio præſertim prædiorū multæ poſſūt eſſe cōditiones

rumq; ſapientes decipiunt, mirũ eſſe non debet ſi ſcrupuloſa quędã inquiſitio non fuerit tutoribus impoſita, ne fortaſſe in poſterũ abſterriti capitis pignoribus in vincula detrudi ſe potius paterẽtur quàm tutelę onera ſuſcipere:hincq; ſanctiſſimè Illuſtris Dolanus ſenatus excellẽtiſſimũ collegã noſtrũ Claudiũ Muſæũ quòd bona quædã minus idoneæ cõditionis iure retractus inſcius tamen retraxiſſet, ac in gratiam quorundam nobilium pupillorum ſuorum à cuiuſdam emptoris manibus redimendo extorſiſſet conuentum in iudicio abſoluit & liberauit:Etenim ſi in emendis prædiis infertilibus aut duræ alicui conditioni obnoxiis leuis culpa non curatur, quãto minus in ſpecie propoſita retractus bonorum,in quibus æs alienum erat occultiſſimũ,agri enim ſi bonæ vel malæ cõditionis ſint facile adhibitis cognitoribus antea quã magno vel modico precio coëmantur atque inducantur intelligi poterit, verũ abditũ,& occultũ æs alienũ non tam facile poterit explorari, cogitabam præterea debito non tã celeriter per debitores exacto magnã ſolũmodo dominari negligentiã,non autẽ leui culpa notari, quò debitores eã ſemper habeant præcipuã indolẽ,vt quantum poſſint à debito ſoluendo refugiant, & nouis penè Prothei formis ſe ſe quò creditorẽ deludant imbuere ſoleant, hinc fugientes pro reis conuentis ab Imp. noſtro vſurpati ſunt in l.properandum.C.de iud. Sed pulchra veſtigatio eſt nũquid aliquo caſu de leuiſſima culpa tutores damnarentur, & expeditũ eſt non dãnari,cõmunis ea ratio eſt,quoniã ex neceſſitate huiuſmodi tutelare munus homines ſubeant,quaſi afflicto afflictio multiplicanda non ſit,cui rationi conſentio, ſed ex ea vtiliſſimam aliam deriuare deciſionẽ video,vt ceſſante neceſſitate,ſiqui tutelas affectauerint, & affectatas fuerint aſſecuti non ſolũ lata leuique, ſed leuiſſima quoq; teneri eos iure defendi poterit, præſumitur enim cõmodi alicuius percipiendi ſpe ductos tutelã fuiſſe aucupatos, ſubindeque ingreditur regula. l. ſinr certo.§. nunc videndum qua cauetur, vt vbi commodum alterius concurrat. ibidem culpa latius pateat, arbitrarerque probatione facta talis affectatæ tutelæ omnium prędictarum legum deciſiones contra tutores iuſtiſſima interpretatione exaſperandas, & concitandas eſſe, quod cæteri ſcriptores prætererunt. Rurſus acrioris aliquis ingenij vir aduerſus omnes ſcriptores inuehi poſſet quod plerumque leuiſſima quoque culpa tutorem afficiat. Ecce ſi lucrum pro pupillo capeſſere omittat, nonne ad Leuiſſimam quoque culpam, quàm ad Latam vel Leuem referendum erit, quoniam iamdudum memoriæ proditum eſt, non eandem eſſe rationem lucri ceſſantis & damni emergentis, Lucrum verò non debere tutorem negligere Impp. reſcripſerunt in l. Quidquid. C. arbit. tut. Sed reſponderi poſſet Lucri & damni diſtinctionem aliter conſiderari quam in preuilegiaria pupillorum cauſa, quam communis ea regula vti priuatorum negocia reſpiciens nequaquam offendit, neque publicam cauſam interuertit, Illud præterea quæri poſſet, curnam

turores de culpa leuiſſima vt plerique alij contrahentes non tenean-
tur,pro ea re auream Diocl. & Max. Impp.ſententiam apptiméque
rationabilem aduocarem cum ajunt. *Tutoribus & curatoribus nece-* 58
ßitas muneris adminiſtrationis finem, aliis autem propria voluntas facit.
l. tutori.C.de neg.geſt.ex eadem autem Impp.ſanctione rurſus & alius
ſcrupulus iniicitur, quòd ſummum diſcrimen inter tutores & nego-
ciorum geſtorem ſtatuéres neceſſario etiam quoad culparum obliga-
tionem diſtinguere vidétur vel ſaltem diſtinguere aſtringi viderentur
cuius tamen rei contrarium ab vlp.traditum videtur,Sed eam putaue-
rim reddi poſſe rationem,quòd minus debeat diligentiæ præſtare,qui 59
ſe amicorum negociis vltro obtulit, quàm qui iuris imperio fuerint
adacti.Sequitur vt de dote dicamus, poſtquam Romani à Solonis du-
ra lege deuiantes,non ſolum, tres veſtes & pauca fictilia vaſa vxorem
ad maritum afferre voluerunt,ſed dotatam venire quod æquïus natu-
rali ciuilíque rationi magis conſentaneum viſum eſt,vt qui Diuini at- 60
que humani iuris participes coniuges eſſent, iidem quoque & bono-
rum noſcerentur, nam cum beatiſſima ſoleat eſſe vita inter coniuges
charitate deuinctos, & quale Reges ab eorũ ſceptris non fruuntur vt
Paul.Manut.qui hęreditario pœnè periculo Cic.praxim non modo in
epiſtolis imitatur,ſed quodcunque ſcribit,ſtellis quaſi notat & illumi-
nat poſt Tiraquell. de lege cómu & ſententiarum Græcè delectorem
Sobæum eleganter commemorat.Par quoque fuit vt hæc ipſa viden-
tes legis latores quæcunque ad beatam vitam pertinent inter quę bo-
na & liberi,boni tamen,Ariſt lib.1.c.8.connumerantur.l.bonorum ff.
de verb.& rer.ſig.communia inter eos facerent,dotiſque nomen huic 61
inuento vtiliſſimo imponerent,identidem rectiſſimè iidem legum có-
ditores. vt vlp.hoc loci,& alibi Pomp. & Paul. tradiderunt, maritum
pro bonis acceptis ad communem vtilitatem pertinentibus, vt dota-
lia ſunt,nedum dolum,ſed & leuem culpam præſtare tenetur hac. l. l.
ſint certò ff.nunc videndum ff.commod.l.etiam.§.licet.ff.ſol.mat.l.in
rebus ff.de iur.dot.l.ſi conſtanre.§.maritus ff.ſol.mat.Cuius equidem 62
rei,vt idem Auctor innuit quòd non vxoris tantum vtilitas, ſed etiam
mariti quoque verteretur d.§.Hunc videndum quam rationem tám-
quã à liquido iuris fonte deriuatam plenis palmis ſcripp. noſtri acce-
ptam hauſerunt,neque vllus inuentus eſt qui aliquid contra commé-
tari auſus fuerit: Verumtamen ego abſtinere nequeo quin meo more
quaſcunque viderim difficultates moueam,vel motas eleuaturus, vel
poſteritati eleuandas relicturus,video autem Iul.Paul.ad Sab.ſcriben-
tem aliam habere ſententiam ſi diligenti animo verba percipiamus,
quæ talia ſunt,*In rebus dotalibus virum præſtare oportet tam dolum quàm cul-*
pam quia cauſa ſua dotem accipit. Ex his autem quis non compræhendet
non vtriuſque cauſam verti,quemadmodũ Vlp. aiebat. puta rem huic
difficultati à cæteris ſcripp. non perſpectã ita demum vno vel altero
modo occurri poſſe ſi dixerimus non negare Paul. tametſi dicat mari-

tum ſua cauſa dotem accipere, quin & cauſa quoque vxoris accipere
videatur non enim dictione aretanei & adducenti utitur, vt ſunt ſolū,
ſolum modo, tantum, duntaxat, & ſimul. Sed ſimpliciter ea verba pro-
fert quæ quidem & vera ſunt, nam veluti qui rem communem ſuā ple-
runque dicit neutiquam mentitur, ita nec maritus ſi ſua cauſa decem
accipere ſe dicat, mendacio notādus erit, tametſi vxor iam quoq; cau-
35 ſam ineſſe videat. Nec obeſt ſiquis adduceret pugnantem illam regu-
lam, qua iactari ſolet vnius incluſionem alterius eiectionem eſſe vulg.
l.cum prætor ff.de iud. tunc demum illa ſibi locum condicat, quotiēs
alia lege quod videbatur ob alterius comprehenſionem ablegatū non
concluderetur, ceſſat enim id argumentationis genus, & cætera ſimilia
quotiens de re dubia ab eiuſmodi argumentatione proficiſcenti aliam
claram legem habemus. l. vbi autem non apparet ff. de verb. obl. l. ille
vel ille de leg. 3. poſſet & depromptus ex Pauli verbis aculeus alio pa-
cto euelli, eam porrò Iurec. de acceptione dotis loqui non de contra-
ctus dotalis ſubſtātia, acceptionem enim dotis præcipuè meritò pro-
ficuam eſſe, nemo iure inficiari poterit, eſt enim iamdudum illa ſentē-
tia trita omnibus vtilius eſſe rem conſequi quàm actionem habere,
cum ergo maritus dotem accipiat, certis moleſtiis aduerſus vxorē vel
36 alium promittentem in omnem euentum carebit, quare ſua cauſa acci-
pere non perperam intelligetur hæc aliena non eſt à ſubtilitate reſpō-
ſio, ſed alia mihi magis arridet, veſtrum tamen iudicium ſit, Aduerſus
hanc autem Iurec. deciſionem pleraque alia negocium facere vidētur,
quorum duo genera ſunt, alterum anguſtans, alterum vero dilatās, an-
guſtari videtur hæc diciſio ex Pomp. in. l. etiam §. licet. ff. ſol. mat. qui
tradit maritum in dote reſtituenda, cum quæritur ac facere poſſit, doli
37 tantum detrimentum ſubire, non autem leuis culpæ, ſed mirandum
non erit, quoniam hæc ſumma quædam pietas quæ inter iudices conſi-
deratur Ireconſſ. mouit, vt hoc pacto in maritorum gratiam, ne mi-
ſeri efficerentur piè, ac prudenter ſtatuerent, quare ſi iuſtiſſima de cau-
38 ſa à regula receſſum fuit indignari ac conqueri mulieres non debent,
nam & ex contrario idem quoque receptum eſt ſiquid ab vxore matri-
monio iam diſſoluto per virum exigendum erit, in ſecundo vero gene-
re hanc deciſionem dilatanti, ac ad leuiſſimam culpam protendenti,
illud ſuccurrit, cuius acri ſanè ingenio vir Alex. Imol. meminit in d. l.
etiam. §. licet ff. ſol. mat. plerunque maritum leuiſſimæ culpæ ſupponi
in eam ſententiam ex Paul. Iurec. doctrina adductus in d. l. in rebus ff.
de iu. dot. dum ille ait *Maritum tam dolum, quàm culpam, ſed etiam diligen-
tiam præſtabit quam in ſuis rebus exhibet.* Diximus autem ſuprà cum Iurec-
39 conſſ. doli & culpæ ſpecies enumerant, deinde diligentiam adiiciant,
diligentiæ vocem per contrarium ad leuiſſimam culpam ſpectare, ſic
enim noſter Vlp. hic & alibi vſurpat in d. l. ſicut certò: enimuerò ea di-
ligentia leuiſſimæ culpæ indubitatum antidothon eſt. Hæc etſi qui-
dem veritati accedant, ſua tamen ſubtilitate delectatus Cagnol. tan-

tum abeſſe dixit, vt hæc diligentia maritalis, quam in ſuis rebus ſolitus eſt præſtare, ſi non præſtaret ad leuiſſimam culpam accederet, quinimò non exhibens maritus doli nomine poſſit accuſare teſte Barb. in leg. Quod Nerua 7.q.ff. depoſituui, Sed valeat Bar. authoritas, & interpretis nouiſſimi nimia ſubtilitas, quando verbis Iuriſc. magis hærendum intelligo, quam aberrantibus eorum commentis. Poſtremum illud erit, quod Pet. de Bellap. vtiliſſimè propoſuit, ſi maritus in mora dotis reſtituendæ ſit, non ſolum eam culpam debere ſubire, verum etiam omne periculum, quod & ſummam ratione habere conſpicio, quando contumaces, qui ſunt grauioribus quoque pœnis afficiendi, & doli ſuſpicione notandi, quemadmodum diximus in. l.1. & 2. ff. de in lit.iur. ſimplex verò mora effecit pariter vt legum beneficio ſeſe indignum quis oſtentet, vnde non in eleganter Iurec. ait in l. Quod te ff. ſi 66
cer.pet. *Quod te mihi dare oportuit, ſi poſtea perierit quam per te factum fuerit, cum minus mihi dares tuum detrimentum conſtat.* Idem & æquiſſimè iura ad ſocietatem humanam conſeruandam, & charitatem inter mortales propegandam ſubuenerunt. vt creditores aduerſus nnn reſpondentes debitores pluſque leges alios remota mora, tribuiſſent conſequentur. De negociorum geſtorum quaſi contractu verba facturum operęprecium erit in memoriam reducere, quod Diocl. & Max. ſcriptum reliquere in l. tutori. C. de neg. geſt. negociorum adminiſtrationes ſolere amicos pro abſentibus ſpōte ſubſcriptæ, ne eorum bona ſiue vllo cuſtode aduigilānte peſſundentur, quod & Iuſtin. hiſce quoque verbis repoſuiſſe videtur in §.1. Inſtit. de obl. quæ ex qua. cont. cum ait. *Idque* 67
vtilitatis cauſa receptum eſt, ne abſentium negocia, nulli demandata ob celerem feſtinationem diſceſſus deſerta diſpereant. Qua in re non mediocrem vtilitatem verſari fuerat Vlp. teſtatus prima in l. ff. de neg. geſt. ſed quemadmodum magnam legimus abſentium præuacatam hiſce modis vtilitatem, magnam ab eiſdem oriri difficultatem concedimus, ſi ad Vlp. 68
diſtinctam ratione cognitionem referamus in d. l. ſicut certe ff. commod. dicentis. *Quotiens negocium in gratiam alterius ſuſcipiatur, eiuſque ſolius vtilitas vertatur vt in depoſito perſpicuum eſt, non niſi doli nomine poſſe conueniri.* quemadmodum hic noſter auctor in prin. ſtatuit, ſed eam quam præmanibus habemus negociorum geſtorum ſpecies, eius generis eſt, vt ſolummodo abſentium vtilitas deprahendatur, conſequens eſt vt ſolummodo dolo gerens negocia ſubiiciatur. Hæc autem obiectio tanti quidem apud me eſt, vt non ſolum perdifficilem videam eſſe ſolutionem, exitúmque inuenire, verum etiam aditum omnem ad veritatem indagandam obſtructum. Quamobrem Vlp. talem in negociis geſtis regulam præbuerit, refugerunt ſcriptores eorum more improbum huiuſce difficultatis laborem, víxque ſolus Dec. leui brachio rem tetigit, verba ipſius refero quæ talia ſunt. *Cum iſta actio negociorum geſtorum inter contractus enumeretur, qui vtriuſque cauſa celebrantur & dolum & culpa locum habent.*

Sed condonemus Dec. & incongruitatem ſermonis, & falſitatem, incongruum eſt enim dicere actionem enumerari inter contractus, quos inter res euidentiſſima differentia collocauit Iuſtin. in Inſtit. Falſum quoque eſt negociorum geſtorum tractatum habere in ſe contractum vt apertiſſimè inſimulauit Iuſtin. in §. 1. in prin. Inſtit. de obl. quæ ex quaſ. cont. naſc. quomodo itaque poterimus Dec. aſſentiri, quando allegationes paulo ſuprà abductæ & Vlp. & Impp. non vtriuſque ſed vnius tantum abſentis vtilitatem contemplentur, neque defendetur bonus ille interpres ex propoſita per ſe comparatione à negociis gerendis vltrò acceptis ad depoſitum, eadem ſponte cuſtodiendum, vltroq; ſuſceptum vt in l. 1 §. Sæpè ff. depoſ. Fateor enim Iulia. ſententiam veram eſſe, dum ita ſcribit. *Si quis depoſito ſe obtulit, depoſiti periculo ſe alligaſſe ita tamen, vt non ſolum dolum, ſed etiam culpam & cuſtodiam præſtet, non tamen fortuitos caſus.* Verum animaduerto acutum illum alioqui interpretem ingenij aciem minus accuratè intendiſſe, nam qui abſentis negocia ſuſcipit, quæ vel perpetua, vel ſi negligãtur futura ſunt deteriora, ſumma quidem pietate, & beneuolentia permouetur, quæ excitanda eſt, non autem comminuenda, ſed qui ſe offert depoſito rem non ita neceſſariam ſuſcipit, & illa quidem à præſente, qui potuiſſet eodem pariter modo alteri demandare, quò fit vt maiorem debeat adhibere depoſiti ſuſceptor diligentiam, demonſtratur præterea ex alio eiuſmodi comparationem ad rem non facere. nam ſi illa recipienda eſſet, ſequeretur vt negociorum geſtor, quemadmodum futurus depoſiti cuſtos teneretur & ad leuiſſimam culpam, quod quidem eſſe diuerſum auctor eſt Vlp. Putarem itaque huius deciſionis eam eſſe rationem qua explicata caneta vt puto, obiecta ipſo iure tollẽtur. Ideò negociorum geſtorum leui etiam culpa fore ſubiiciendum, quòd videatur ei comparandus, cui ab amico negocia ſint demandata, cuius ſimiles eſſe partis, vt de leui culpa teneatur Impp. docuerunt in l. re mandata. C. mand, facit. l. ſi procuratorem. §. 1. ff. mand. eſt enim mandatum duplicis conditionis expreſſum alterum quod ad procuratorem pertinet, alterum vero tacitum, quod ab amico nec hercle non minus quàm expreſſum amplectendum eſt, Si Lelium de amicitia loquentem audiamus. quinimò in negociis abſentium gerẽdis aurea ex acutiſſimo Pap. ore profluxit ſententia in. l. 3. §, hac actione ff. de neg. geſt. *Humanum eſſe beneficio homines afficere, ſed interim cauendum eſſe, vt alibi* Vlp. dicebat, *ne*
69 *beneficium maleficij quoſdam fructus ferat*, quemadmodum accideret ſi amicorum abſentium negocia gerenda ſuſcepta negligenter tractarentur, Sed quoniam hæc negociorum ſpontanea ſuſceptio cuiuſdam taciti mandati præ ſe fert imaginem, mirum non erit, ſi nonnihil interdum à mandati regulis deflectat, & modo negociorum geſtor de dolo duntaxat teneatur, modo à leuiſſima quoque culpa afficiatur, primi exemplum proponit Labeo dum ait in. l. 3. §, interdum ff. de neg. geſt. *Nam ſi affectione coactus ne bona mea diſtrahantur, negociis te meis obtuleris æquiſſimum eſſe*

eſſe dolum duntaxat te præſtare. Secundi verò meminit Procul.in l. Si neg.
ff.eod.de neg.geſt. *Si inſolitum enim negocium quod abſens tractare non con-
ſueuerat quis gerendum ſuſceperit, leuiſſimæ quoque culpæ nomine tenebitur.*
Quòd ſi quis fortaſſe quærat cur hæc ita variè iam cauſas exemplis in-
ſertas, ob quas plerunque a regula recedatur, cuique odorari licebit, &
ex æquiſſimis permagniſque cauſis â regulis recedere vos poſſe in pri-
ma regula huius tractatus docuimus. Sed aduerſus hæc omnia poſtre-
mum illud vrgebit maiorem eſſe difficultatem quàm res prima fronte
demonſtret cum Vlp.in l. 2.ff.eod. dixerit. *Parum quidem referre an quis* 70
*aliqua cogente neceſsitate vel neceſsitatis ſuſpitione, ſe immiſcuerit abſentis nego-
cio.* tametſi ſuprà retulerimus neceſſariis negociis ſe offerentem dolo
duntaxat allegari vt d.l.3. §.interdum ff. de neg. geſt. Reſpondebitur
Vlp.non de doli aut culpæ gradibus in actione comprehendendis lo-
qui.ſed quod parum intererit, nimirum quantum attinet ad actionem
conſequendam, quæ ſanè ſi non daretur negotia gerentibus in iis re-
bus, in quibus intereſſe non poſſumus non eſſent amici qui ſuam vica-
riam operam fideliter adhiberent, quæ alioqui ab amicis præſtari ſo-
let, teſte Cic.pro Sexto Roſcio.

Sequitur vt ad ſocietatem orationis filum dirigamus in qua porrò
illud expeditum eſt vt culpa præter dolum leuis præſtari debeat, quē-
admodum non ſolum hoc loci & in l. ſi vt certò, ſed & Celſi authori-
tate idem auctor noſter in.l.ſi ſocius ſocio. ff.pro ſoc. eleganter diffi-
niuit, & Caius lib. 2.rerum quotidianarum exploratum habuit l. cum
duobus. §.1.ff. eod.pro ſoc. & Iuſtin. cupidæ legum iuuentuti clarius 71
diſſeruit in. §. vlt.Inſtit. de ſociet.eſt ergo illud ſolum ante omnia ex-
quirendum, cur id fuerit conſtitutum inſignem ſicut in reliquis idem
auctor rationem alibi tradidit in d.l. ſi vt certò ff. commod. nimirum
quoniam vtriúſque vtilitas vertatur, damnum dixerit aliquis contra
Vlp.ſolum plerumque verti, quæ planè ſocietas in qua compendia. &
diſpendia communia non ſint leonina appellata eſt ab Ariſt.& Caſſ.in
l.ſi non fuerit §.vlt.ff.pro ſoc.Aduertēdum autem ēſt Vlp.eo loci cum
vtilitatem exprimeret, non imprudenter damni rationem ſilentio in-
uoluiſſe, ſed de induſtria quò breuitati ſeruiret, non ignarus vnum ſine
altero ſecundum naturam ſequi quem non deberet.l. ſecundum natu-
ram ſuprà eod. tit ſecundo nonnihil expungendum erit qua de cauſa
Iuſtin.in.§.vlt.Inſtit.de ſociet.addubitaſſe videatur, vtrum eo nomine
tantum teneatur pro ſocio actione ſi quid dolo ſocius commiſerit, ſi-
cut is qui deponi apud ſe paſſus eſt, an etiam culpæ, tametſi dixerit cul-
pam ſubiturum præualuiſſe, quaſi his verbis noſter videatur Imp. ſo-
cietatem magnopere ſanè depoſito differenti comparari, quo tutum
ab omni repræhenſionis nota benemeritum Imp.præſeruemus, cuiq;
innoteſcit legem non niſi de dubitabili ferri ſolere, fit tamen neſcio
quo pacto vt quælibet leuiſſima dubitatio in cauſa eſſe poſſit, vt leges
de aliqua re fere euidentiſſima promulgentur: Quamobrem miracu-

lum non eſt ſi minima quæuis depræhenſa ab antiquis ſimilitudo prædictæ quaſi comparationi cauſam præbuerit, cótector enim ea fortaſſe Maiores noſtros leuiſſimã ſimilitudinẽ conſpicatos quòd veluti qui ré apud alium deponit illius valde fidei confidat, ſicut Vlp. in depoſito declarando aperte dixit in. l. 1 ff. pro ſoc. itidem qui ſocio bona communiter adminiſtranda defert, magnopere in illius fide conquieſcat: eſt enim id à Iureconſſ. memoriæ prodirum ſocietatem fraternitatis cuiuſdam ſummam habere quidem imaginem. l. verum ff. pro ſoc. ſpecul. de iud. §. 3. in fi. Rurſus quemadmodum qui deponit rem tradit, idem quoque in ſocietate eueniet: præterea quemadmodum depoſitio

72 ſi mercede vlla fit, ita & ſocietas, alioqui in locationem & conductionem negocia hęc transferrentur, videtis itaque non tam abhorrentem eſſe depoſiti cauſam à ſocietate. Quamobrem Iuſtin. & cæteros anteceſſores eo nomine inſimulemus: Sed quia præcipua vtriuſque contractus ſubſtantia vehementer differens eſt, nam depoſitum vnius tantum gratia fit, ſocietas verò vtriuſque communis eſt fortuna & emolumenti & detrimenti vt l. vj. & vij. l. planè l. omne & l. ſi non ff. pro ſoc. item depoſitum ab omni penitus vſu ſeruandum eſt, at verò communes ſociorum res communibus vſibus expoſitæ ſunt. Tertio erit etiam is mouendus ſcrupulus aduerſus crebram Iuriſconſſ. ſententiam dolum & culpam in ſocietate venire aſſerentium, nam video plerumque dici poſſe audacter non niſi de dolo quem teneri, plerumque verò ad extremum conuolantes leuiſſima quoque culpa affici dicemus. Ad primum illud occurrit quid ſiquis ſuis in rebus iuris, negligens, & ſocors penitus erit, vt animali ratione carenti valeat potius comparari quàm homini, erit ne ex leui quaſi culpà mulctandus, qui ſua-

73 ptè natura latæ culpæ ſit perpetuò addictus? certè non quando ea ſententia ab omnibus Maioribus noſtris confirmata eſt, eam ſolũ diligentiam præſtare in ſocietate quem teneri, quam conſueuit in ſuis rebus adhibere. §. vlt. Inſtit. de ſociet. l. ſocius pro ſocio ff. pro ſoc. placuit enim Celſo imputandum ſocio fore cur talem ſibi ſocium acquiſiuerit, at dicet aliquis quonam pacto erit maximopere negligens excuſandus, quando magna negligentia dolo comparatur? l. Quod Nerua ff. depoſ. Reſpondendum erit neque eo loci neque alibi Iureconſſ de innata quadam ſocordia fuiſſe locutos. Rurſus obiici poterit cótra prædictam rationem, cum dicitur conqueri ſocium de ſe debere, cum talẽ

74 elegerit, quando hoc ipſum improperari poſſet omnibus contrahentibus, quippe qui cum illius conditionem ſcire teneantur de iure quicum contrahunt, ſi res vel negocia ab illo male tractentur, ſaltem ex naturali quadam negligentia debeant itidem de ſe conqueri, quod ta-

75 men cõtra receptum eſt vt leuis ſcilicet culpa præſtetur, quæ ad communem quandam diligentiam referenda eſt non leuem. Verum profecto arduæ huic obiectioni ita conamur occurrere aliam eſſe ſelectorum ſociorum negligentium conditionem, aliam verò cæterorum ali-

cer contrahentium quando inueriſimile eſt ſocietatem coitam iri inter
ignotos, quæ cum fraternitati comparetur ſoleat eſſe inter cognitos
& beneuolos, vnde in electione maior culpa eſt, præſertim quod à vo-
luntate ſuapte vltrò ſocietas proficiſci ſoleat, ſed cæteris contractibus
humanis nonnunquam neceſſitatibus vrgentibus vti ſoliti ſimus, quis
enim mutuum accipiet, niſi aliqua cauſa vrgeatur, quis pignus dabit,
quis & alia geret negocia ſine ſumma quadam præſenti vtilitate, vel
ſaltem mediocri quadam neceſſitate, Aſt in ſocietate futuri potius cu-
iuſdam emolumenti ſpes quæ interdum ſocios fallit ſocios homines 76
reddit. Altera difficultatis pars eſt, quod de leuiſſima teneri ſocius ple-
rumq; poſſit. ſubiiciamus enim exempli gratia, alterum ex ſociis natu-
ra eſſe diligentiſſimum, ſi ſummam exactámque illam diligentiam qua
præditus, & natura informatus eſt in ſocietate non exponat an fuerit
excuſandus, crediderim nullatenus abſoluendum eſſe, nam & maritus
qui diuini, humaníque iuris matrimonio vxoris ſuæ ſocius eſt, atq; cō-
iunx, quantamcumque diligentiam eidē naturæ compararit in reb. do-
talibus, in quib. vtriuſq; cauſa vertitur d.l. ſi vt certò præſtare omnem
tenebitur. l. in reb. ff. de iu. dot. Quamobrē non immeritò à Iuſtin. & à 77
cæteris memoriæ mandatum eſt, vt talē. debeant ſocij præſtare diligē-
tiam qualē ſuis reb. adhibent: Sed hæc ipſa diſpunctio difficultates pe-
nitus non eleuat, cur intra hoc extremos limites ſummæ ignauiæ & ex
actiſſimæ ſolertiæ leui culpa, ſocios teneri legū Auctores diſpoſuerint,
iam totiens à nobis dictum eſt, vel quæ raro eueniunt, vt extremæ hæ
ſunt qualitates deſcriptæ nō ſolent reg. euertere, ſed parumper, vt no-
ſtri improprio vtuntur vocabulo leguleí, limitare. Sequitur vt ſimilē
nonnihil ſoc. communionis bonorū cauſam tract. in qua vlp. tam hic
quam alibi ex Pomp. doct. in l. & puto. verſ. ſed ſi dolo. ff. fam. hercis.
dolum & leuem culpā ſibi locum vendicare diffiniuit, quod & hęredū
exemplo pleniori tract. Paul. lib. xxiij. ad edict. in. l. hæred. §. non tantū
ff. famil. herciſ. locupletauit, recito illius verba quaſi ad hoc ex fonte 78
ſacro auream hauriens interpretationem, inquit ille. *Non tantum dolum,
ſed & culpam in re hareditaria praſtare debet cohares. quia cum harede non con-
trahimus, ſed incidimus, in ea non tantum diligentiam praſtare debet cohęres, qua-
lem diligens paterſam. qui hic propter ſuam partem cauſam habuit gerendi, & ideò
neq; geſt. actio non competit, talem igitur diligentia praſtare debet, qualē in ſuis reb.*
hacten. optimus ille Iurec. cuius reſponſi occaſione operæpreciū eſſe
duco nonnullas excitare dubitationes, quæ proinde eleuatæ clariorem
huiuſce diffinitionis interpret. efficient, & magnopere illuſtrabunt,
prima igitur illa ſeſe offert, quid ſibi Paul. voluerit, cum rationē refe-
rens quamobrem dolum & culpam hæredes præſtarent in hunc modū
locutus eſt. *Quia cum herede non contrahimus, ſed incidimus*, quaſi diceret a-
liud eſt ſi cū eo contraxiſſemus quod me hercle adaugeſcit difficultatē
namq; contrahimus quidē cū ſociis non tamen paulò minus aut paulò
plus obligamur, ſed eadem quantū ad culpæ tractatū attinet cauſa eſt,

vel in ſocietate, vel in communione bonorum verſemur. Quamobrem prima fronte perperam hæc iactaſſe verba grauis ille Autor videri poteſt, ſed crediderim eo loci minus eſſe à compilatoribus repoſitum quàm in xxiij. lib. ab eodem ante compilationem ſcriptum arg. l. penul. C. de fidei c. Putandum eſt enim vt ab hac nota Iureconſ. liberemus quòd compilatores ff. fragmenta illic pleraque Iul. Paul. ex illorum more, & inſtituto interruptè ſubiecerint, nec omnia grauiſſimi illius anteceſſoris verba conſcripſerint, in quibus fortaſſe tractauerat plerumque inter hęredes conuenire vt leuiſſimam quoque culpam in cōmunibus hęreditariis bonis citra communionis naturam inuicem pręſtarent, conuentioníſque lege dicta fortè fortuna cauerant, poterat & rurſus idem Autor tractaſſe pactos inter ſe cohæredes fuiſſe vt dolus tantùmmodo præſtaretur, cum autem poſt hæc tractationem ſuam concluderet, regulariter dixit inter hęredes dolum & culpam præſtari ſolere, quia cum hærede non cōtrahimus, ſed in eum incidimus vt ipſe
79 in fine quaſi diceret, ſecus eſſe ſi contractus aliud præſtandum eſſe ab hærede cum eadem interceſſiſſet: Vt itaque verba colligamus dicēdum eſt ea ipſa verba Paul. non ea intentione protuliſſe quòd ſubſtantialem quandam differentiæ rationem literis, monumentiſque conſignaret, Verum potius ex accidenti per nos vt opinor, non incommodè explicato, ſed cum in eo reſideamus ab eo Paul. loco Vlp. deciſionis huius rationem deprimi non poſſe, alia paulò diligentius erit expiſcanda, quod infrà præſtabimus, dum prius aliam proponere dubitationem concedatur, quídnam idem prudentiſſ. Paul. in animo habuerit, cum
80 hæc ipſa verba pronunciauerit. *Non eam diligentiam præſtare debet cohæres, qualem diligens paterfam. qui hic propter ſuam partem cauſam habuit gerendi.* Hanc puto ipſius mentem extitiſſe videlicet hæredem non teneri pręſtare diligentiam, quæ leuiſſimæ culpæ antidothon eſt, cui in re quaſi ſua verſanti vitio dari non poterit, cur diligentiſſimus in ea non ſit, nam vt ait Imp. in l. in re mandata. C. mand. *Suæ quidem rei moderatur, & arbiter non omnia negocia, ſed pleraque ex proprio animo facit, in cæteris autem ſeorſum negociis non ſuis,* Sed fidei ſuæ commiſſis exacta non eſt diligentia carendum vt leuiſſimæ ſupponatur culpæ, quod in mandato ad lites intelligi Dec. hac l. teſtatus eſt, tametſi videatur in angulum generaliter loquentem legem anguſta interpretatione adduxiſſe. l. à procuratore. C. mand. video enim adeò magnam fuiſſe habitam atque indiſcretam mandati à Principibus rationem, vt Conſtan. Imp. ad Volus.
81 ſcribens in hæc verba intentionem ſuam propalauerit in d. l. in re mandata. *Aliquis negocia exacto officio geruntur, nec quicque in eorum adminiſtratione neglectum, ac declinatum culpa vacuum eſt.* Quem ſanè ſermonem ſi geminatis verbis non in caſum conceptum contemplemur arg. l. Bal. ff. ad Trebell. videbimus leuiſſimam quoque culpam in eum modū fuiſſe complexā. Sed tempeſtiuum eſt vt ad rationem huius diffinitionis Vlp. explorandam deueniamus, cur inquam in bonorum cōmunione dolus

leuiſque culpa veniant? Si dixerimus ideo fuiſſe factum quòd vtriuſq; communis domini cauſa vtilitaſque verſetur, dicemus ſanè quod Vlp. in d.l.ſi vt certo ff.commod.dicere non eſt auſus, vt hic Cagnol. non oſcitanter aduertit, licet non vlterius progreſſus fuerit, ſin autem non aſſeramus, & quod deterius erit, nullum reliquum defenſioni Iuriſc.locum, quaſi ſine ratione hoc reſpōderit faciemus, in eo itaque conſiſtendum exiſtimarem, vt affirmemus in communibus vel negociis vel rebus naturaliter vtriuſque cauſam vel vtilitatem eſſe permixtam. Quocirca fieri non poteſt vt communem rem quis tractet quin pro parte alterius ſocii rem non gerat, Næ parum refert ſi Vlp. breuitatis cauſa, vel rem aliquantulum ambiguam ſpeculatus id pro certo affirmare omiſerit, quando manifeſti iuris ſit omiſſionem exēplorum regulas coarctandi vim non habere, ſed aduerſari non hebetis ingenij aliquis poterit ſi concedat verti vtriuſque cauſam, ſed non tamen ex conuentione, ad quam Vlp.eo loci reſpexiſſe videtur, reſponderem dupliciter nō incongruè, vt opinor, primo ſi id non veniat ex conuentione expreſſa, ſaltem ex tacita, vel ſaltem ex quaſi conuentione venire fatendum erit, ſubiicio exemplum, ſi enim duobus legauerit, cum inter eos ius accreſcendi locum habeat.l.Re coniuncti ff.de leg.3.vnica §. pro ſecundo.C. de cadu.toll.iam verius eſt quaſi ex teſtatoris mente conueniſſe in cōmunione vt ſint hæredes videri quòd ſi rem aliqui comparauerint, indubitata eſt quædā cōmunionis quaſi conuentio, quæ ſymbolum quoddam ſocietatis habet: Quamobrem mirum non eſt ſi & hac quoque ratione receptum dici poteſt inſtar ſocietatis dolum & leuem culpam in bonorum communione præſtandos: Non enim nouum eſt à ſimilibus caſibus ad alias deciſiones ius traduci.l.de quibus ff.de legib.& eo magis ſi rationis ſimilitudo concurrat.l.non omnes ff.de legib.ſimilitudinem autem ex alio oſtendimus, nam ſicut in ſocietate dictum eſt ſociū teneri talem præſtare diligentiam qualem in rebus ſuis. l. ſocius ſocio ff.pro ſoc. ita & in communione d.l.hæredes §.non tantū ff.famil.hercis.tametſi in rebus alienis ea deſideratur diligentia qua quiuis diligēs paterfam.cōmendari ſolet.l.ſi cum venderet §.vlt.cum l.ſeq. ff.de pig. act.l. ſi putator ff. ad l. aquil. Quod ſi forſan alicuius animus non acquieſcat ſubſtantialeſque diſſimilitudines inter ſocietatem & communionem bonorum in lucem efferat, in quibus illa ſit præcellens, quod ex voluntate ſocij eligantur, & ad lucri ſpem perficiendam concordia vinciantur, quæ qualitates longe à bonorum communione aberrant, vel defendemus in comparatione non vnum quodque requiri ſimile vel ad priorem reciprocæ vtilitatis rationem tutius transfugemus.

Poſtrema ſunt diuiſionis verba, in his quidem & diligentia quæ plerique ita ſunt interpretati vt crediderint ab Vlp.quorundam antiquorum opinionem referri, ex ſimili, vt aiunt, loquendi genere per Paul.vſurpato in l.lecta §.pactum ff.de reb.cred. Sed magno, vt opinor, ver- 82

tionibus,cunctiſq; diſpoſitionibus onus aliquod imponentibus perſpicuum eſt,ſecus verò (vt ideſt de quo loquimur)cum aliud à lege tradatur,atque hac ipſa diſtinctione perbreui controuerſiam tranſigendam putaté vnũ præterea ad horũ verborũ interpretationem addendum operæ pretium eſſe duco,vt cum Alex. Imol. dicamus quod in omnibus 85
his enumeratis ſpeciebus, quicunque alienam rem apud ſe habet, vel negocium alienum curat,iſque conſueuerit ſuis in rebus diligentiſſimè verſari,non minus ſedulitatis & diligentiæ alienis adhibere ſit obſtrictus,auream hanc opinionem recitarunt Neoterici eamque concorditer quaſi in ſinu fouerunt,ne latum quidem vnguem,vt aiunt.ab generali eius dicto recedentes,ſed quamuis ego hanc animaduerſionem Alex.non mediocriter commendem,non tamẽ illi ſum adeo addictus, vt in eius tamquã magiſtri verba iurare velim:video enim aliqua in parte eius traditionem labefactari,namque in depoſito & precario quiſnam eam ſequatur, quaſi conuitij arma ferens aduerſus vlp. qui precarium & depoſitum à communi ſaltem diligentia quæ leui culpæ contraria eſt iniquè abiunxerit,cum nihilo ſecius æquitas quædam communem fore adhibendam diligentiam ſtimularet, erimus ne Iurec. ſapientiores, qui hoc non modo ſilentio præteriit, verum etiam contrarium in cõmuni diligentia ſtatuit? At dicet aliquis quod & Bar.in l.Quod Nerua in 7.q.in eandem ſententiam ita dixit,qui conſuetam in rebus ſuis licet inauditam diligenriam in alienis non præſtat doloſa culpa carere non videbitur, ſed profectò ſi illi & cæteri humanam naturam acriori iudicio contemplentur,porro conſpicient ita eſſe natura mortales omnes comparatos,vt ſe,ſuaſque res quis magis amet curetque: præterea Iurec in depoſito & precario diligentius exagitato ſi id æquum eſſe vidiſſet.ne negligentiæ nomine accuſaretur, veriſimile eſt tamẽ neceſſariam deciſionem frequentiſſimè vſu futuram non omiſſurum, denique vt rem concludam in cæteris à depoſito,& precario cõtractibus Alex. communemque ſententiam ſequendam cenſerem in depoſita verò & precario illam non eſſe admittendam,nec ab vlp.ſciunctione diſcedẽdum,contrariæ nanque notiſſimæ vrgent regulæ quòd in ambiguis cõtrouerſis benigniorem potiuſq; duriorem interpretationem aſſumere debeamus & pro reo potius quã pro actore reſpondere vel obligationis conſideremus,vel iudiciorũ progreſſũ reſpiciamus l.in ambiguis ff. eod.l.1.ff.deeden. eſt enim id Iureconſ. fere innatum vt abſolutioni & liberationi potiuſquã pro vinculis obligationũ & pœnis ſint procliues l.Arrianus ff.de ſolut.quod non ad ciuiles tantum verum etiam ad pœnales controuerſias prorogatum eſt l.in pœnis ff.eod. Hæc ipſa diſputandi gratia dicebam,& huic penè opinioni hærebam quod vlp.verba id vehementer ſuaderent, ſed vbi oculos ad Celſi ſermonẽ detorſi noſtræ huius iactationis quaſi fragor omnis cecidit lib. enim xi. Digeſtorum in hæc verba ſcripſit.*Nã & ſi quis non ad eũ modũ quẽ hominũ natura deſiderat diligens eſt, niſi tamen ad ſuũ modũ curã in depoſito præſtet fraude non caret.*

tita per ſe ipſa vera eſt,ſed falſa redditur ſi verbis quibus ſcriptores ex plicuere,nos quoque vtamur,cum inquiunt. *Ex conuentione contractus natura immutari poteſt, non autem ſubſtantiam, ſummamque conſtituunt differentiam* vt hic Cagnol. nu. 73. & cæteri inter contractus naturam & eiuſdem ſubſtantiam accerſitis ad comprobationem ineundam Iaſ. Curt. Iun. & Aquen. ſuis in locis, vt apud Cagnol. nu. 95. hanc autē diſtinctionem à vero alieniſſimam ſum ſemper arbitratus tum quod (vt eorū partiū fuiſſet, nullo manifeſto iure conprobant, nullaque ratione muniūt, qui animo & quæ ipſi allegant, ſi diligenter trutinentur eorum opinionem oppugnant & contraria ratione inanem eſſe diſtinctionem oſtendo, namque vt naturam accipere in animo eſt pro rei ſubſtantia, & eſſentia, ſicut plerique receperunt, & eam certū eſt pactionibus tolli non poſſe, namque aut contractus non valebit l. cum precatio ff. de precar. aut in alium trāsformetur neceſſum erit l. vbi donatur ff. de donat. can. mor. aut, opinor, ſiquis præcedat contractus innouabitur aut tolletur, aut ſi non ita potens eſt ſecundus priore tolletur l. pacta conuenta ff. de contrah. emp. l. ab emptione ff. de pact. & l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. eod. aut placebit contractus naturam pro conditione accipere & illa quidem coiunctim tàm ſubſtantiæ, quàm qualitatum ipſius rei conditionem reſpicit, vt eſt illud de quo meminit Cic. de finib. cū ait. *Theophraſtus perſecutus eſt ſtirpium naturam, omniumque ferè rerum.* Ex quibus conſequens eſt quòd Theophraſtus non minus qualitates quam ſubſtantiam dum naturam ſcrutaretur rerum cognoſceret, plerumque autē natura pro indole, vel pro ingenij aptitudine vſurpatur, vt apud Cic. pro Arc. ſæpius inquit. *Ille ad laudem atque virtutem naturam ſine doctrina quam ſine natura valuiſſe ſine doctrina,* & alibi, *inuita Mineruа* id eſt natura, ſed hoc nihil ad rem, interdum autem dicitur natura accipere aliquem habitū, vt apud eundem pro Arc. *Et tū ille naturalis habitus qualitates naturæ conuenit.* Cum igitur interpretes de natura contractus loquuntur, ſe hos naturæ fontes non adiuiſſe oſtendunt neque aduertunt naturam dici poſſe ſubiectum omnium qualitatum, & penè ſubſtantiam nuncupari, vt Ariſt. putaſſe fuſe Cic. ad Tuſcul. comminiſcitur, neque præuident cum dicunt naturam cōtractus poſſe conuentionis lege commutari potius contractus peſſundari, quàm habitum à lege indultū, de qua hic in ſpecie vlp. loquitur, moderati ait enim noſter Auctor, legem enim contractui dedit, non dixit contractus naturam immutauit, ſiquidem ita dixiſſet, nulla vis contractus extitiſſet, quemadmodum Celſ. de precario exiſtimauit l. cū precario ff. de precar. Nec video quod Celſ. magis de ſubſtantia, quàm de natura contractus eo loci loquatur, tametſi Bar. & cęteri ſecus interpretentūr, etenim qui naturam dicit, plus quidem cōprę hendit quam rei ſubſtantiam, nam & qualitates etiam compræhendit, & quis negabit ſi precarium quod ad domini beneplacitum in tempus conferatur, ex hac cōuentione immutatā naturā habere, & eā vim naturæ illatā facere ſpeciem contractus intercidere. Hæc ad errata ſcrip-

F

90 torum pertinent. Reuertor ad regulam, quæ continet ex conuentio-
ne partium contractibus legem imponi, id quidem ita erit accipien-
dum ſi conuentio legitima ſit, iureque permiſſa l. vlt. ff. de ſuis & le-
git. priuatorum enim pactiones vt Pap. ait aduerſus iura factas legum
auctoritatem non cenſeri, quod quidem conuenit cum altero Pap. re-
ſponſo in l. Ius publicum ff. de pact. in verò nominatim conuenit ſum-
ma quidem ratione ſtatuit vlp. pactiones interponendas aduerſus qua-
litates contractibus iure ſuo inſitas apertas eſſe debere, & nominatim
factas arg. l. i & 2. ff. de lib. & poſth. nam ſi interpretatione egeant
aduerſus eos quia ſua iaciunt in his fundamenta interpretatio capie-
tur, quemadmodum mirabiliter ſcripſit Papinia. lib. 5 quæſt. in l. ve-
teribus ff. de pacto in hæc verba. *Veteribus placuit pactionem ambiguam vel*
91 *obſcuram venditori & ei qui locauit nocere in quorum fuit poteſtate legem apertius*
conſcribere. Hoc ipſum recitatum reſponſum multum, diuque torſit in-
terpretes, quid ſibi vellet, & quid potius in venditorem & locatorem,
quàm de emptore, & conductore loqueretur, ſed vt toties dixi non e-
rat hæſitandum cum exempla regulas non anguſtent, & ex eo fortaſ-
ſe conſultus Papin. reſponderit, non vt generalem doctrinam traderet
quæ quidem quoad pactiones attinet contractibus inſerendas in hoc
reſponſo continetur, & ea Pap. lex in ſpecie loquens ad hanc quidē ge-
neralem accommodanda eſt, ſuadent verba illa. *in quorum poteſtate fuit*
apertius legem conſcribere. & vlp. conformiter hic dixit, *legem contractui de-*
dit. traditur ab excelſi ingenij viro nec obſcuras neque ambiguas, ſi cō-
pendium inde ſperetur eſſe oportere, hic vero vnica ide dictione vlp.
abſoluit, cum inquit. *Nominatim paciſcendum eſſe* eſt & præterea illius Pa-
pinianeæ legis tenor huic concinens, quòd ibi alia lex præcedat, quæ
incipit *Ius publicum.* in qua ius publicum priuatorum pactionibus mu-
tari poſſit breuiter diſſeritur, poſtmodum verò alia ſubſequitur eiuſ-
dem Auctoris lex, de qua agimus, quæ vtrum contractuum qualitates à
iure publico deſcendentes poſſint pactionum lege moderari determi-
nat, hanc igitur veram eſſe illius legis interpretationem exiſtimarem
non autem multorum ſomniis, atque commentis à vera intelligentia
alieniſſimis accommodandam fidem putarē, & vt ad rem redeam quę-
cunque pactio fuerit contractibus inſerta, quæ nominatim non ſit cō-
flata, ſed obſcuri, vel ambigui faciem habeat, quoad multandas quali-
tates contractibus inſitas attinet nullam vim habebunt teſte tum vlp.
tum Pap. quod quidem paciſcentes præ oculis habere debebunt. In
verſ. *Plus vel minus.* hæc particula erit ita abſque dubio accipienda vt
92 non referatur ad naturam, vel ſubſtantiam contractus, verum ad qua-
litates, namque cum fuerit aliquid ſubſtantiale pactione detractum
vel additum, vel labaſcit contractus. vel in alium transfertur d. l. pacta
conuenta ff. de contrah. empt. Paul. enim referente ita notat ſi om-
nibus integris manentibus de augendo vel minuendo pactio conue-
nit, receſſum a Priore contractu, & nouā emptionē interceſſiſſe videri.

In ver. *In ſingulis contractibus* dubitatio non minima oritur, an id ad

duas præcedentes ſocietates & cõmunionis bonorum contractus refe 93
rendum ſit, an verò ad primos in anteriori capite poſitos, an verò ad ſecundos qui leuem culpam continent. an verò ad tertios qui leuiſſimã. De poſterioribus ſcilicet ſocietate & communione bonorum maior addubitatio eſt ex eo quòd cõmunio bonorum contractus propriè dici nequeat, quinimo nec impropriè ſi Paul. audiamus in l. ſi hęredes §. mandãtem ff. famil. Hercis. dicentem in cõmunionem nos incidere nõ contrahere: ex quo ſequitur quod de omnibus in diuiſione enumeratis contractibus ſenſiſſe Auctor videatur, quam opinionem veram eſſe pu tarem ſi recti ſermonis elegantia pateretur, non enim cõtractus verborum ferre apparet, cum dicitur, *Societas & rerum commun. & dolum & culpam recipit.* Sed hoc ita niſi nominatim conuenit vel plus, vel minus in ſingulis contractibus, non quadrare inquam dico poſtrema primis, niſi vt Flacc. ait. *Humano capiti ceruicem pictor equinam, Iungere ſi velit.* Exortus enim ſermo eſt à duabus ſpeciebus ſocietatis & communionis, Quomodo itaque illorum verborum contextus definet in omniũ contractuum genus. Sed hoc mirandum non erit; ſiquidẽ tam proximè ſupra alij nominatim referuntur vt cum dicitur ſingulis contractibus ad omne merito referatur, dictio enim ſinguli vnumquemque per ſe deno tat: Accedat eloquẽtiæ pater in teſtem, cum de natura Deor. ita inquit. *Nec vero vniuerſo generi hominum ſolũ, ſed etiam ſingulis à Dijs immortalibus conſuli, & prouideri ſolet.* & paulò infra. *Dij ſeparatim ab vniuerſis ſingulos diligunt.* Iacit & carmen illud, quod vulgo legum in area iactatur. *Et quæ non proſunt ſingula, multa iuuant.* Quod Cic. his verbis multò anteà de natur. Deor. tradiderat. *Quæ ſi ſingula forte nos non mouent, vniuerſa certè tamen inter ſe coniuncta atque connexa mouere debebunt.* Quòd ſi forſan adhuc placeat hanc ipſam generalem ex dictione ſingulis determinationem ad omnes cõtractuum ſpecies referre cõmodius vt ſalua ſit ſcribendi norma, addendum putarem dictionem vt vel ſint in ſingulis cõtractibus, quod ſi religioſius eſſe putabis ab omni ad leges addditamento abſtinere, & ad duos tantum præcedentes contractus dictionem ſingulis cõtrahere, erit authoritas Pauli in auxiliũ accerſenda qui nõ penitus abſimili quodam modo in hæc verba ſcribit lib. x ſentent. in l. vlt. ff. de fer. *In omnibus cauſis pecuniarijs dilatio ſingulis cauſis plúſque ſemel tribui non poteſt.* Neque huic interpretationi negocium facit quod communio bonorũ non ſit cõtractus Paulo auctore in d. §. non tantum, nam reſpondebimus, egre 94
gium illum auctorem ſecũdum ſubiectam materiem famil. herciſc. intelligendum arg. l. Imperator ff. de in diem adiect. loquitur enim de cõmunione occaſione teſtamẽti in quam incidere dicimus, potius quã conuenire, ſed ſi fortaſſe rem communiter emerimus, conduxerimus ſimiliuẽ modo contraxerimus Titius & ego, nonne ex tacita conuentione habendi, fruendiq;, ac diuidẽdi cõtractus cõmunionis proficiſce tur? Nõ obſtat pariter ſiquis obiecerit dũ de duabus ſpeciebus his ſocietatis & cõmunionis regula legis imponẽdæ cõtractib' accipietur, quod

excludi cæteræ contractus ſpecies ab hac legis impoſitione expactionibus videbuntur l. cum prætor ff. de iud. ſed id quidem verum eſſet ſi ſexcentis aliis legibus cuicũq; contractui vel bonęfidei, vel ſtricti iuris legẽ dici poſſe nõ apparet. l. Quicquid aſtringẽdũ ff. de verb. obl. l. lecta ff. de reb. cred. l. Iuriſgentium. §. i. ff. de pact. & d. l. veteribus ff. eod. l. pacta conuenta ff. de contrah. emp. cũ ſimilib. ſed quò tandem omnes difficultates arceãtur, de omnibus dictis contractibus intelligẽdũ erit.

In verbo *Nam hoc ſeruabitur quod ab initio conuenit.* Subſiſti poterit cur ab initio vlp. dixerit pactiones ſiquidem quæ legẽ contractibus dant non modo ab initio verũ & in medio & in fine, & poſt cõtractus abſolutionẽ incontinenti ſubiectæ valent. legẽq; contractui dant d. l. lecta ff. de reb. cred. crediderim ab initio dixiſſe nõ quòd initiũ, aut mediũ, aut partẽ aliquam contractus ſed totũ contractum & ſpacium poſt confectionẽ cohærens reſpexiſſet, totũq; illud initiũ appellaſſet, ex quo quoniam poſt tẽporis interuallũ ſuper pactionibus appoſitis dubitationes oriuntur, alterum initium, alterũ quod ſequitur, poſterius quid dici poteſt ſic & illud Cic. de Diuinat. Quæ ſunt initia rerũ, ex quibus naſcuntur omnia ſunt autẽ hæc verba memoratu digna, quæ ab vlp. proferuntur & à nobis declarantur, ad legẽ municipalium, vel cõſuetudinum, vel extrauagantiũ conſtitutionẽ mirificè proficua, vt tametſi in his ſtricta quædã obſeruetur interpretatio vt per Bar. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iur. quodq; per Clariſſimũ & illuſtrẽ Dominũ Olcignanum ibidem doctè illud ipſum interpretantem, dũ hanc Dolanam ſplendidiſſimã ſcholã ſua ſingulari, ac pene diuina doctrina exornaret ac inſigniret, non tamen verborum cortices, ſed veros, ac penetrales ſenſus amplecti interpretãdo debeamus, quod itaq; dicitur initio conuenit nõ initio idest in principio contractus intelligetur, ſed etiam ſi incontinenti cum initio
96 ineſſe videatur, & initio dictum ſit reſpectu pactionũ longè poſt interpoſitarũ, quæ aliam obſeruationẽ habent l. ſi vnus. §. pactus ff. de pact.

In verbis *Legem enim contractui dedit.* Quærendum erit cur legem dare contractui Iurec. dixerit. ſiquidẽ ferre leges non priuati, ſed publici iuris ſit, & ad Principes ſoleat vel an Reſp. pertinere vt in tit. de iur. nat. ff. l. vlt. C. de legib. late Bar. & cæteri in d. l. omnes populi ff. de iuſt. & in *Eſt enim lex commune hominum præceptũ virorũ prudentum conſultum.* l. i. ff. de legib. non autem contrahentium vel negociantium. Ex Cic. autem ſententia. *Lex eſt Ratio inſita à natura quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria,* quam excelſi mirabiliſque ingenij Ioachim. oper. diſtribuẽdo, remque omnem agmentando declarat lib. i. de arr. iur. Hæc autem. Lex Contractus ſi ſcriptores ita declarantes ſequeremur tantũ abeſt, vt inſita ſit in natura contractus, vt contra contractus naturam induci dixerint, item ſecundum eundem eloquentiæ patrem de Legibus *Lex eſt naturæ vis, mons. & ratio prudentis iuris, atque iniuriæ regula,* & paulo infra *iuſtorum, atque iniuſtorum diſtinctio, nec nonpręmia proponens virtutibus, ſupplicia vitiis.* quæ quidẽ qualitates legũ nihil commune habent cũ lege contra-

hentium: Aduerſatur præterea quod Tyrones habent in tit. de iu. nat. gen. & ciui. in Inſtit. multas eſſe ibi iuris publici ſpecies enumeratas de hac vero contractus lege ne vllum quidem verbum, quinimò eò peruenit Iuſtin. vt de municipali lege verba faciens, de particulari tamen hac ipſa contractus lege nullam habuerit rationem, obiectioni huic etſi prima fronte leui, & inutili vtiliſſima tamen reſponſionis occaſione declaratio ſequetur: eſt itaque dicendum legis nomen non vt ſpeciem legis accipiendum, verum æquiuoce. præter enim legis diffini- 97
tionem permultis aliis accipitur modis. Exordiemur à linguæ Latinæ parente in familiaribus ita ſcribit. *Homines ea lege natos*, id eſt ea conditione, *vt omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra, nec eſt recuſandum quò minus ea quæ nati ſumus conditione viuamus.* idem Auctor legem pro norma vſurpat cum de orat. inquit. *Hanc igitur ad legem formanda oratio eſt.* Rurſus idem de amicit. pro particulari præcepto accipit, ait. *Hæc igitur prima lex in amicitia ſanciatur*, vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. Quem in modum licet paulo diuerſam ſignificationem Iuſtin. expreſſerit hanc ſuam ſententiam in l. 2. C. commu. de leg. in l. in fi. *Rebus non verbis legem eſſe impoſitam*, quòd alteri ſententiæ reſpondet nimirum. *Scire leges non eſt earum verba tenere, ſed ſenſum & mentem.* l. Scire leges. ff. de legib. legem autem dare contractui noſter. hic Vlp. dixit, id eſt aliam qualitatem iniungere quam à lege acceperit Papin. dixit legẽ conſcribere, l veteribus ff. de pact. Paul. lib. 4. epith. in l. Qui fundo. §. in lege. ff. de contrah, empt. legem dicere. Pomp. verò ſcribere in lege venditionis vtitur, item dicere aliquid in l. contractus. §. Sed Celſus §. 1. ff. de contrah. empt. iiſdem & ſimilibus modis venire vtuntur Iureconſſ. ſexcentis in legibus in titul. loc. & cond. ff Iulian. in l. ſiquis fundum & in l. locationis §. 1. ea lege locare protulit Vlp. in. l. item queritur. §. ſi in lege ibi. in lege operis locandi eſſe comprahenſum. id eſt in pactione contractui locationis adiecta, Quod & Paul. eod. modo repetiit in. l. ſi in lege Caius verò in l. ſi merces. §. ſi conductor, omnia ſecundum legem conductoris locatorem facere debere. Alphen. in. l. in lege ait in lege locationis, item in. §. colonus accipere aliquid ſub aliqua lege. Tabell. quoque in. l. 53. ita exorditur. Ea lege fundum locaui, vt ſi non ea lege coleretur liceat mihi fundum relocare. Labeo verò lib. 4. poſter. à Tabell. epith. tacet dictionem legis, ſed ita fuiſſe. Scriptum conſtat. in l. inſulam. §. 1. ibi, in operis locatione erat dictum. lib. verò vj. poſter. eorundem in l. cum plures. ff. 2. facti propoſitionem ita inchoat. Lege dicta domus facienda locata erat, ita vt probatio, aut improbatio locatoris, aut hæredis eius eſſet. Secunda verò lib. vii. ff. eod. tit. loca in. l. peri. ait. Cum lege locationis non eſſet comprahenſum, vt vineas coleret. Ex his igitur duobus illis titulis ne cunctas authoritates aliunde reponerem pro re comprobanda obſeruaui. Sciendum tamen eſt quæ hiſce modis fuere explicata aliis quoque breuioribus à Iureconſſ. explicari ſolere, puta conuenit. vel actum fuit, aut

dictum, aut ſcriptum, quæ dicendi genera ſunt apud Iurec. in eadē ſententia paſſim frequentata, hactenus de verborum vſu in contractibus, in teſtamentis autem eadem æquiuocæ dictionis id eſt legis vſurpatio eſt, dignoſcitur ex Martia. reſponſo in. l. filius fam. §. Diui el 2. ff. de leg. 1. ibi. *Quia talem legem in teſtamento dicere non poteſt* poſſent & complures aliæ adferri authoritates, ſed vna ſit pro omnibus in Auct. de Nupt. vbi habetur. *Diſponat teſtator & erit lex eius voluntas*, facit titulus de condit. & demon. Sed ab hac prouincia non inconſulto ceſſandum, tum quia non hic ſuus eſt locus, tùm quia Vlp. de contractibus duntaxat, non de vltimis voluntatibus doctrinam tradit. Deinceps quoniam vltimę voluntates non ſolum ęquiuocæ dictionis huiuſce vſum habent, verum etiam ipſæmet leges eſſe dicuntur vt perplura cumulant ſcriptores ad.
98 l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. Erit autem illud reliquum, vt admoneamur, quæ denique leges contractibus dicuntur, obſeruandum ne tales ſint, quæ contractus naturam, vel ſubſtantiam lædant, ne ſeſe ab iniuria ius publicum vindicans irritas reddat pactiones. l. ius publicum ff. de pact. quod & in vltimis voluntatibus cauendum erit l. vlt. ff. de ſuis & legit. quando iamdudum conſtitutum fuit neminem facere poſſe, quin leg. in teſtamento ſuo locum habeant. l. Nemo ff de l. 1. Salua igitur legum maieſtate & contractuum natura & ſubſtātia non læſis qualitates eorundem pactionibus formari, mutari, aut reformari poterunt vt late ſcriptores in l. lecta ff. de reb cred. Quod ſi ſecus agetur vel priores in alios transferetur contractus, vt in d. l. pacta conuenta. ff. contrah. emp. vel nullum exitum conſequentur d. l. ius publicum. *Exe pro eo quod Celſ. putat non valere ſi conuenerit ne dolus præſtetur*, eſt in primis ex his verbis ea reg. confirmanda, cui noſtri interpretes præſertim recētiores in l. 1. hoc tit. comminiſcuntur: Nimirum exceptionem ex reg. natura prodire, & ab ea tāquā à ſuo ord. in hoſtilia caſtra transfugere Diſp. de reg. iur, in vj in Rubr. Bar. in l. his ff. de legib. & alij a nouiſſimis allegati, itémque
99 exceptionem in cæteris regulam tum confirmare, tum etiam quonam pacto ſit intelligenda declarare, eſt pro vtroque ſummopere faciens communis locus in. l. nam quod liquidè. §. vlt. ff. de pen. leg. ibi. *Si dictū fuerit penum præter vinum lego, omnis penus legata videtur excepto vino.* Quæ equidem deciſio ſicut ibi in cæteris diſpoſitionem confirmat, ita reg. ab exceptione corroborari arg. eſt, ſi verò dictum, ſit omnem penum lego, quæ Romæ eſt, iam de penu quæ Romæ exiſtat legatum factum declaratur, eodem modo tametſi regula vniuerſali dictione compoſita ſit, attamen ſi loci, vel temporis, vel modi, vel rerum, vel perſonarum
100 adiectio in exceptione ſubiecta ſit, ex ea quidem vniuerſalis reg. moderabitur, & ad qualitates deſcriptas in exceptione adducetur, & cōtrahetur, quæ poſtrema obſeruantia non eſt apud noſtrum Iurec. ſed prima potius quæ ad regulę confirmationem ſpectat ſibi locū vendicat namque nec vniuerſaliter locutus eſt, nec exceptionem qualitates reſtringentes habentem ſubiecit, verum dolum ſimpliciter excepit, ex

quo cõſequẽs eſt, quòd quæcũq; ex dolo non erũt pactionibus permiſſa videbuntur. Ex quibus deinceps apud me non leuia oriantur dubia primum erit, quòd pactiones videntur poſſe fieri aduerſus naturam & ſubſtantiam contractus, & contra ea quę pro firma à iure publico ſunt introducta, quando excipitur ſolum dolus, quo fieri videtur, vt in cæteris videatur permiſſum, cum exceptio ſit regulæ confirmatio. Sed huic obiectioni reſpondentes declarabimus non inelẽganter ſententiam quæ eſt quòd exceptio cõfirmet reg. in cæteris, id verum eſt quotiens cætera ſunt ſimilia & iuri conſentanea, ſecus verò ſi qua ſint quæ 70
ab eodem genere aberrent vel ab aliis legibus improbentur, quoniam de permiſſorum genere non vetitorum intelligendum eſt, quod à Papin. vt ſuprà diximus improbatum eſt tam in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus l. ius publicum ff. de pact. l. vlt. ff. de ſuis & legit. Altera erit addubitatio quòd excluſo dolo à pactionibus, non videbitur lata culpa per ius excluſa, quando in corrigentibus ſoleamus ſtricto iure progredi, licet enim dolus & lata culpa impiæ cuiuſdam fraternitatis vinculo alligentur, & peſtiferi cuiuſdam veneni communione vtantur, vt qui dolum dixerit latam culpam dixiſſe videatur. l. Quod Nerua ff. Depoſ. attamen cum vocabula ſicut indiuidua ſint differentia, conſequens eſt vt vbi ſeſe obtulerit, occaſio eſſe diſtinctim habita iudicentur, & in exceptionibus non lata, ſed ſtricta interpretatio admittenda videatur, quando in ea parte cui derogant, & vitium afferunt correctionis munere defunguntur. vt. l. 1 ff. eodem à corrigentibus verò legibus quàm procul arceri extenſio iubeatur, docet 71
Iuſtin. in l præcipimus. C. de appell. extenſionem autem hoc caſu admiſſam patet, quoniam aliud eſt doli, aliud latæ culpæ nomen, cur ergo expreſſio vnius diuerſum aliud nomen in exceptione, quæ ſtricti iuris eſt complectetur, augerur diuerſitatis probatio, quoniam non idem ſignificat, ſcriptum enim iamdudum eſt plura reperiri negocia, quàm vocabula. lib. 4. ff. de præſcriptis verbis. Accedit prætérea quod pactio quæ interponit, & quæ talem legem imponit, ſemper ſuaptè natura ſtricti iuris eſt. l. veteribus ff. de pact. Doctores in l. lecta ff. de rebus cred. tametſi ob id, quod ineſſe videatur eiuſdem præcedentis contractus plerumque qualitatem capiat, quamobrem dicendum eſſet, dolum duntaxat excipi non poſſe cum id dixerit Iurec. ex quo quæ dolum præteruolant contrahentes non tenere demonſtratur, quod dolus ſolummodo exceptus ſit, non autem lata culpa, quaſi lata culpa pactione remitti valeat, neque id Iurec. prohibuerit cum nominatim ſolúmque dolum excipit, quod multo dicendum erit magis ſi contrahentium conuentione exceptus ſit, ſed licet hæc prima fronte nonnihil vrgere videantur, contrarium tamen ſequendum eſſe iudicarem, quod non ſolum dolum ſed & lata culpa excepta videatur, monet quod noſter Iurec. & hoc loci & pleríque alij vbicunq; de dolo loquũtur latam quoque culpam ea pronunciatione complectuntur, &

in.l.ſi vt certò.§.nunc videndum,& in.hæred.ff.famil. herciſ.& in.l. à procuratore.C.mand.& in.l.Iudices.C. de procur. & ſimilibus in locis,quorum in prin. cum cæteris ſcriptoribus meminimus. Mouet & ſecundo quod fruſtra in controuerſiā vocare videamur,quæ inter grauiſſimos Iurec.olim diſceptata ſolidam obtinuerunt deciſionem,& veriſſimam contra Proculi ſententiam,Nam Nerua & Celſ.opinati ſunt latam culpam dolum eſſe in.l.Quod Nerua ff. depoſ. Tertiū illud potiſſimum eſt argumentum quòd cum verba quæ ſunt ambigua ſecundum ſubiectam materiam ſint declaranda, conſentaneum eſt vt cum Auctor in principio dolum pro lata quoque culpa intellexerit,itidem & in fine vt prima vltimis reſpondeant. Poſtremò ex æquitatis fonte liquidam ducemus argumentationem,namque ſi latam culpā pactione remitti poſſe permittamus, eueniet vt homines ad magnā ſæpè negligentiam inuitemus,quam iura noſtra,quæ vigilantibus ſcripta ſunt ſemper magnopere abhorruerunt.l. magna negligentia. ff.de verb. &
103 rer.ſig,Rurſus eueniet quòd & dolus tacitè remittetur, namque cum vt dictum eſt,& Bar.& cæteri in d.l.Quod Nerua tradidere lata culpa nil aliud ſit quàm præſumptus dolus. Quòd verò à iure præſumptum eſt pro veritate habeatur doctiſſimus Alciat. peruestigauit in princ. Tract.ſui vtiliſſimi de præſump. ſequitur vt contra bonam fidem cui
104 contrarius pactio approbetur. Non obſunt quæ ex aduerſo afferuntur ſtrictam fore accipiendam interpretationem concedimus quoties alia coniuncta non ſuppeditant aliter faciendum multo plura & numero,& maiora authoritate,item non eſſe verum affirmamus verſari nos vt ita dicam,in derogatoriis,ſeù vim correctionis habentibus,nam exceptio hæc doli non eſt cōtra iura,ſed potius iuri amica lex:enim cum ſit nil aliud quàm iuſti ſcientia & tutela,& iniuſti notitia, ac propulſatio.l.1.ff.de iuſt.& iu.cum dolus exceptuatur à Iurec. vis potius à labe & ab eo,quod iuri inimicum eſt vitio defenditur,& quaſi piaculo à pernicie latæ culpæ purgatur. Deinde exceptio doli non eſt aduerſus honeſtiſſimas iuris obſeruantias inducta,ſed potius iuri conſonans. Nam iuris eſt,vt dolus & lata culpa præſtentur, vnde earum remiſſiones ad omni pactione ablegare eſt æquiſſimas iuris ſanctiones confirmare præterea cum pactio ſit ne culpæ præſtentur dolo excepto, hæc exceptio doli potius eſſet prohibenda, quoniam nihil eſt quod impediat,ſed & illud etiam audacter aſſerimus, nullam hic conſiderati extenſionem, ſiquidem nihil eſt quod ambiguam vel obſcuram pactionem reddat póſtquam ius ipſum talia quæ pacto concipiantur clarè & euidenter interpretatur, nimirum doli nuncupatione latam culpam contineri d.l.Quod Nerua.Neque officit quòd varietas vocabulorum diuerſitatem rerum oſtentet.id enim verum eſt per naturam vocabuli,
105 ſecus per interpretationem à Iurec.ſumma ratione admiſſam,quòd verò plura reperiantur negocia quàm vocabula, admittimus quidem, ſed non ideò neceſſario conſequitur portentum eſſe,vt aliqua vocabu-

la

la tametſi numeto ſint quàm res pauciora vnam & eandem ſoleant
rem denotare, poſſem adhuc aliter reſpondere, non hic agi vt plura
vocabula vnam rem ſignificent, ſed vt vnum ſcilicet doli vocabulum
plures res in nihilo pænè differẽtes demonſtret, quod quidem nouum
non eſt, cum & legati vocabulo apud iura expreſſo hodie fideicom-
miſſa contineantur, tametſi multo longius di[illegible]errent, vt latiſſimè ſcri-
ptores in l.1.ff.de leg.1. Hæc ipſa ſcripſeram ante quam cæterorum in-
[illegible] pretum commentarios ea de re conſuluiſſem, ſed cum ad eos per-
ueni, vidi alte hanc eãdẽ quęſtionẽ exagitatã & Dec.modo in vnã, mo
do in alteram partem transfugiſſe, ac eandẽ opinionum conciliationẽ
quæſiuiſſe, ſed vt video magis in eam partem inclinare videtur, vt re-
mitti lata culpa conuentionę poſſit: Et in primis indignam video pro
hac opinione allegationem ab eo factam ex, l.ſi vt certò. §. interdum 105
ff. commod. quando nulla eſt de hac re eo in loco nedum probatio,
verum ne quidem coniectura etiam minima aut leue quoduis indiciũ,
quinimo vt liberè dicam quod ſentio, abſonum quidem videtur eo
pacto elegans illud reſponſum ad eam rem adducere, ſcripſerat Vlp.
hæc verba. *Interdum planè dolum ſolum in re commodata qui rogauit præſtabit
vt puta ſi ita conuenit, vel ſi ſua duntaxat cauſa commodauit ſponſæ fortè ſuæ vel
vxori, quo honeſtius culta ad ſe deduceretur.* Hęc ille quid amabo? nonne vxor
tãmquã ſocia mariti ſui de lata culpa tenebitur? teneri verò oſtenditur
ex cõiunctis exemplis. Si quis vltrò prætori ludos edenti aliquid com-
modauerit, nónne ex æquo & bono Prætor ad latam culpam tenebi-
tur. item ſi prætor ſcenicis. Cur nam illi qui quidem mercede ſcenicũ
miniſterium præſtant, de lata culpa non tenebuntur atqui probari hęc
c[illegible]tebitur aliquis, ſed obiiciet, vt plerique faciunt, quod Vlp. ſolum
dolum præſtari dixerit, non latam culpam, ſed reſpondebitur eum eſſe
Vlp. peculiarẽ loquendi modum, non ad latæ culpæ excluſionem, ſed
quo breuitati inſeruiat, ita enim hac in.l. locutus eſt, cum ait. Contra-
ctus quidam dolum duntaxat recipiunt, neque ideò latam culpam ex
cluſit, idem quoque obſeruauit in l.1.§.1.ff.ſi falſ.mod.dix.& in multis
aliis reſponſis, vt quiſque facile poterit obſeruare, ſed pro hac opinio-
ne affertur per Dec. glo. autoritas, quam permulti ſemper grauiores
viri omnibus in locis fecerunt in c.contractus ff.de reg. iur. ſed qui eã
ad hanc quæſtionem adduxerũt videntur eam lippis non linceis oculis
aſpexiſſe, non enim dicit hucúſque ſed ſolum quòd non valet conuen-
tio ne dolus præſtetur, noſtram hanc legem pro ſuæ theſis confirma-
tione allegat: quæ quidem non magis de dolo, quàm de lata culpa in-
telligenda eſt, ſed forſan in ratione per glo. allata deprehendere argu-
mentum quis conabitur dum ait. Conuentio quæ dat legem contra-
ctui honeſta quidem eſſe debet, non contra bonos mores. Sed quid in-
de ſequetur, ne quod latè culpę remiſſio, in qua dolum pręſumptus eſt
non ſit contra bonos mores. erit ne fortè fortuna ex bonis moribus la-
tæ culpę monſtrum inductum? ridiculam ſanè ratiocinationem eſſe

conſpicio,eiuſdem generis eſſe aſſeuerabo quod Philipp.Dec. tametſi alioqui vir excellentis ingenij dum contemplatur pro contraria opinione adiuuanda dolum ideò remitti non poſſe quoniam ſit contra bonam fidem at verò lara culpa nequaquã quando ex quadam ſimplicitate, & fatuitate prouenire ſolet, auctore Bar.in.l. Quod Nerua ff. depoſ.ſed vehementer & ipſe & Bar. ſi hoc dixerit,aberrant,nam cum Vlp,hic dolum dixit bonæfidei iudicio eſſe contrarium, nónne etiam & de lata culpa idem ſtatuendum eſſe intellexit? At reſponderet Dec hoc ipſum eſſe,de quo diſputatur,ſed me hercle ea de re non fore amplius conſiſtendum puto, quando credendum planè eſt Vlp. quippe qui cum à principio ſuæ traditionis diſtributæ dolo culpam latam annecti intellexerit, veriſimile non eſt quod paulo poſt in fine legis alio quaſi vario loquendi genere vſus cum explicare rem intenderet planè doli dictione in aliam ſignificationem aſtrictiorem vſurpara imprudenter inuoluerit. Ceſſat enim & omnis diſputatio, namque ſi dolum præſumptum & Bar. & alij latam culpam eſſe fateatur, quomodo fatuitati & ſimplicitati aſcribunt, quæ quidem omni culpa,nedum præſumpto dolo caret,ſi enim natura ſimplicem hominem vt appellant, vel fatuum efficiendo peccauit, ipſa quidem tamquã illi nouerca,non ille naturali vitio detentus miſer foret inculpandus.Rurſus & ex alio non erit id aliqua diſputatione dignum, namque ſi bona fides ea eſt,quæ non ſolum fides eſt,ſed bona vt ex contrario dolus malus, diceat quæſo fides albo veſtita panno,vt ait lyricus Poeta, erit ne amplius bona vel candida vbi ex doli mali præſumptione dolis alius quam trehiciis iuratur?erit ne ille ex omni parte bonus,qui à legibus ipſis malus exiſtimetur,quemadmodum is quidem eſt,qui erit latę culpæ reus,non profecto,nec vnquam optimo Scipioni adoleſcẽti comparandus,de quo ita Silius Italic. lib.xii.punicor.meminit. Qui lectus ab omni concilio patrum præſentis degeret æui,optimus 27. At
109 dolum præſumptum remitti poſſe dixerunt nonnulli vt Ant vt Ielin. à Dec.accerſiti,ſed rationem vel auctoritatem, qua mouentur depromunt nullam ſane condignam veſtro iudicio exhibebunt,& ideò non immeritò Caſtrens. aduerſarium habuerunt in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret ff.de pact.Non enim vt ęgregius ille interpres dicebat, minores reſtituendi à futuro dolo excuſantur,vt placuit Accurſ.& Barb. in l.vbi de exigitur ff.de eden. quod & rationem habet multo maiorem, in maiori natu,ne ſub hoc latæ culpæ tegmine deterior indies efficiatur, etenim vt vſus facilè docet quidnam impediet quin vir doloſus ſub latæ culpæ inuolucro dolum contegat, quò impune ſcelus committatur,eſſet ſanè remittere latam nomine culpam,at effectu ipſo dolum, vnde qui eam opinionem is eo in numero eſt habendus qui non intelligat,quò illud tendit: Quod dicitur iuris notitiam verſari in iuſti,atqui iniuſti ſcientia, vt Iuſtin. ait pariterque internoſcere licitum

ab illicito. æquum ab iniquo, iniquo iniuſta, illicita ſanè eſt lata culpa,
quæ contectum dolum habet quod ſi ſpeciem aliquam, vt ſcriptores
dicunt ſimplicitatis habent, ea maior erit iniquitas, quæ Syrenæ vul-
tum præ ſe ferens veneficam ingluuiem abdat, & in veſtimento ouis
veniens lupi rapacitatem abſcondat, eſt itaque longe fuganda & ab
hominum animis eliminanda, quod quò facilius fieret non mirum ſi 110
Nerua & Caius dolum abſolutè dixerint in d.l. Quod Nerua ff. depoſ.
Et eſt denique deciſio apprimè clara, niſi tenebris ingenii oculos ſuf-
fundere delectemur Iureconſſ. Pauli in l. ſi vnus. §. illud ff. de pact. cum
inquit Nulla pactione effici poſſe ne dolus malus præſtetur. Apparet
quòd ille optimum Iureconſſ. intellexit & de culpa lata, oſtendo eui-
dentiſſime quoniam idem Auctor ſolitus ſit ſub dolo etiam latam cul-
pam complecti, extat probatio ex his, quæ idem ſcripſit lib. xxv. ad e-
dict. in. leg. 2. ff. ſi mens. falſ. mod. dix. cum ait. Sed ſi ego tibi cum eſſes 111
menſor mandauerim, vt menſuram agri ageres, & tu Titio id delega-
ueris, & ille dolo malo quid in ea re fecerit tu teneberis quia dolo ma-
lo verſatus es, qui tali homini credidiſti. Aureũ ſane hoc reſponſum eſt,
tum quia perliquido ex eo intelligitur quòd qui alteri credidit agri
menſuram cum ipſe dolum ſuaptè natura malum non commiſerit,
quippe qui potius latæ culpæ nomen poterat accuſari quando non
ipſe ſed alter ſolum admiſerat attamen dolo quoque malo ea in re ver-
ſatum mandantem lex dicit, quæ porrò interpretatio non ſolum ex eo
vera eſſe intelligitur, verum etiam quia Vlp. in materia agri menſu-
randi expreſſim, ſicut in cæteris latam culpam dolo comparauit in. l. 1.
ff. ſi menſ. falſ. mod. dix. ibi lata culpa planè dolo comparabitur, quod
non ſolum in ea ſpecie dicendum putauit, ſed animaduerto eam ſen-
tentiam quę ad eam comparationem pertinet eſſe tanquã inſulam po-
ſitam ab omníque verborum contextu ſeparatam, quaſi oſtenderet in-
finite velle hanc doli dictionem ita intelligi, ſic vt omnibus ſuis reſpõ-
ſis ille Auctor fuit vſus, & hoc præſertim loco indiſtincta per dolum
latam quoque culpam ſignificari intellexit: Adiecit præterea ſuę Vlp.
comparationi vocem planè quæ expeditam magis comparationem 112
abſolueret eius enim vocis vis atque poteſtas eſt vt apertè & clarè
quid ſignificet, itémque prorſus & omnino vt apud Cic. de Orat. Le-
gitur, plane & dilucide loqui de finibus plane & perſpicuè dicere ali-
quid, & in v. apertiſſime & liquidiſſime explicare. Itaque ſi ita Vlp. af-
firmat non amplius in ſcirpo (vt aiunt) nodus quęrẽdus erit. Sed redea-
mus ad Iurec. Paul. qui & eundem hunc modum dicendi in re hæredi-
taria obſeruauit, vt & dolum exprimendo latam culpam ſignificaret
& denique frequentiſſima eſt apud cæteros quoque Iureconſſ. in hanc
culpam intelligant. Quamobrẽ non dubito quin Iurec. ſuis hiſce verb.
cum dolũ à pactione excipit, de lata quoq; culpa dixerit, quando vnũ
alterum eſſe ſecundũ Neruã conſtat. Sed an pactione facta vt excepto

dolo omnis culpa remittatur,lata ne culpa contineatur,hæc ſanè magis dubia quæſtio eſt,ſed demum ab ea quidem dependet,vt videamus an lata culpa remitti poſſit,vnde eiuſmodi deciſione ſecuta quod de vtroque vitij genere Iureconſſ.ſub doli verbo locutus fuerit conſequẽs vt dicamus neque ſub generalibus verbis latam culpam non comprehendi,ſed cæteras tantum ab ea culpas,illa verò doli nomen, & naturam penè ſortita remitti non poſſit. Diſtinctionẽ tamen Dec. quam & in reſponſo 178.ſecutus eſt, ſecundum quam dolum præſumptũ etiam futurum in tutore remitti poſſe exiſtimauit,ſiquidem in non faciendo conſiſtat, ſecus ſi in faciendo, ſed diſtinctioni quam hic Dec. ſubiicit ſiquis ſimpliciter hæreat,facile aberrabit,namque remiſſio expreſſa inuentarij doli remiſſionem continere minimè poteſt, poſtquàm id iure fieri permiſſum eſt.l.vlt. C.arb.tut. Si verò in genere,vel ſub verborum inuolucro inuentarij confectio remiſſa fuerit, puta quòd teſtator noluerit à tutore rationem reddi vel nec inuentarium ab eo fieri,
113 tunc ſi Dec.ſequamur in ſuo conſ. remiſſio hæc doli præſumpti obtinebit. Præterea præter hæc admonendi ſumus quòd non dolum, ſed inuentarij potius confectio remittatur, quæ cum ſpecialiter inuenta ſit generali vel ambigua interpretatione remitti non poſſe dicerem, quia quæ in ſpecie prouiſa ſunt, in ſpecie quoque debent abrogari, præſertim quod ius publicum ad hanc rem pertineat. Ad quod accedit quod cum eiuſmodi remiſſio quędam ſit condonatio,neque condonatio præſumatur neque interpretatio ad donationem procliuior ſeligenda ſit,valde dura hæc deciſio eſſet: Illud autem minimè credendum pro remiſſione redditionis rationem inuentarij confectionẽ remiſſam eſſe,ſiquidẽ nõ ad eum finem putarem teſtatorẽ rationum redditionẽ
114 remiſiſſe quò fraudi committendæ,locus fieret, ſed potius vt ab eo faſtidio ac moleſtia,pariterque a ſcrupuloſa quadam diligẽtia hominem tutelæ laboribus fatigandũ liberaret,non vt ea quæ in ſpecie à iure publico ad fraudes excludendas ſunt inuenta & cogitata,vt l.tut.qui repertorium ff.de admin.tut.& d.l.vlt.C.arb.tut.remouerentur,etenim ſiquis inuentario conſcriptas res adminiſtrãdas ſuæ fidei tutelæ nomine commiſſas ſuſcipiat,non vereor,quin tametſi rationem reddere nõ
115 teneatur, & cautius quò vir bonus appareat, & ſanctius memoriã inuentarij ſecutus adminiſtret,credendum eſt itaque rationẽ reddi fuiſſe condonatum quoad adminiſtrationem non quoad rerum perditionẽ, vt communis eſt opinio vt Dec. in d.conſ.meminit,ſi enim eam facul-
116 tatem ad libitum diſponendi,retinendíque tribuere teſtator voluiſſet alia ſanè teſtatione apertiùs ſtatuiſſet,nam vel legatum, vel donationẽ aut quid ſimile in eum contuliſſet. Concludendum igitur eſt cũ Dec. quod in ſpecie inuentarij confectio remitti poſſit, at ſecus per verba, quæ interpretatione egent, niſi aliæ [illegible] & circunſtantię [illegible] cturis variiſque argumentis adiu[illegible] rerent,quæ apud pe[illegible] rent,propter quas etiam quod ſcriptũ non eſt interpretãdo ex ęquo, [illegible]

bono cogeremur ſequi. illud autem nullo pacto rectè explicatũ à Dec. cenſeo, cum ait dolum preſumptum remitti poſſe ſi in inuentarij confectione remittatur, profectò fallitur Dec. remiſſio enim efficit quod dolus non dicatur remiſſus, nam cum arbitrio tutoris defunctus voluerit res omnes eſſe, ac tritum & peruulgatum ſit aduerſus volẽtem nõ committi fraudem vel dolum ſicuti nec iniuriam, quomodo remiſſus dolus qui nullus poteſt conſiderari, remiſſus dicetur? Sed reuertamur ad illud vnde diſceſſimus apertiſſime Iurec. dixit non valere ſi cenſerit ne dolus præſtetur, quod & idem Auctor in l.i. §. ſi conueniatur ff. depoſ. & Paul. tam lib. 39. in l. in condemnatos his verbis confirmauit. *In commodato hæc pactio ne dolus præſtetur rata non eſt.* quam lib. 3. in l. ſi vnus §. illud ff. de pact. in hæc verba expreſſit, *illud nulla pactione effici poteſt, ne dolus malus præſtetur.* Huius deciſionis rationem eam ſcriptores eſſe aduertunt, quoniam dolus bonę fidei iudicio ſit contrarius, aduerſus quã idem inuehitur, cum & ſtricti quoque iuris iudicio contrarius ſit vt l. ſi quis cũ aliter ff. de verb. obl. & l. dolo. C. de inutil. ſtip. quæ iura Dec. allegat, qui tamen incautè non videt, ea quidem reſponſa de contractu ex dolo ineundo loqui non de doli præſtatione ex contractu inito. Ego autem apud Papin. obſeruaui in ſtipulationibus doli clauſulam ſolere adhiberi. l. doli clauſula ff. de verb. oblig. Dum itaque Dec. ex eo loco Iurec. aggreditur, quaſi impertinentem incuſat, dum verò aliam à Iurec. rationem, cur dolus pactione futurus non condonetur affert nimirum ne delinquendi occaſio præbeatur. l. conueniri de pact. dotal. non aduertit non hoc Iurec. abnegare, ſed cum de ſocietate, communione bonorum loqueretur quæ inter bonæ fidei iudicia habetur, non mirum quòd rationem tractatæ rei conformem attulit, ac magis cohęrentem, quam Dec. generalem illam, de vtraque autem ratione meminit idem Auctor in l. 1. §. illud conueniat ff. depoſ. dum talem conuentionem probandam non eſſe ait, quoniam contra bonam fidem, contraque bonos mores eſt & ideo non ſequendam ſubiungit. Quantum vero ad doli præſtationem in ſtricti iuris cuius interpres ille comminiſcitur iudiciis non adeo expedita eſt vt per Doctores in d. l. Doli clauſula quemadmodum in bonæ fidei vbi diffuſè diximus. Subinde querẽdum eſt an ex generali liberatione relicta vel in conuentione deducta dolus aut lata culpa præſtandi ſint, ac Dec. & cæteri deduci non poſſe affirmarunt multiſque authoritatibus comprobarunt, inter quas Modeſt. relata adulti ſpecies dilucida eſt, quippe qui curatoribus ſuis ne Metellus quęſtionem de adminiſtratione ſua faceret teſtamento cauit, ſiquid dolo curatores fecerunt, eo nomine conueniri poſſe, quinimo idẽ vel ſi quæ res teſtatoris penes eum ſunt vt in l. Aurelius §. Caius ff. de lib. leg. quod & à Pompon. quoque in negociorum geſtorum iudicio liberatione identidem relicta probatum eſt, quod & in tutelæ quoque liberatione Sceuola ſenſerat in l. creditor §. Titia ff. de lib. leg. & in ſeruo vetito rationes reddere Martian. idem reſponderat in l. ſi ſeruus 117

vetitus ff. de leg. i. hæc igitur regula & ex his. & ex aliis per ſcriptores authoritatibus cumulatis veriſſima eſt, ſed fruſtra videtur quaſi dubitari, nam ſi verum eſt dolum remitti ex ſpeciali conuentione non valere, quanto minus ex generali cum iamdudum ſcriptum ſit generi ſpeciem derogari, ſed huic noſtræ obiectioni poſſet ita aliquis ſatisfacere ſi dixerit ſuperuacaneam minime reſponſionem videri, poſtquam Iureconſ. tot ſupra allegati conformes plus ſententias reliquerint, quas dicendum eſt à dubitabili cauſa promanaſſe. Itemque alia quidem de cauſa non inutilis eſſe annotatio videbitur, ſiquidem legatum liberationis fauorabile potius videam cum de debito ſoluendo agatur, & ideò latius interpretandum arg. l. Arriani ff. de act. & obl. Præterea ex alio quod videatur tacitè dolus remitti poſſe nedum præſumptus,

119 ſed etiam apertus vt vna videantur conuenire ſcriptores ad allegationem l. ſi vnus §. illud ff. de pact. ſed mirificè meo iudicio in ea allegatione decipiuntur non enim tacita doli remiſſio eſt, nec tamquã generalis, ſed potius apertè & clarè de pactione ibi inducenda agitur, quæ omnem deturbat dolum: vult enim eo loci Paul. ſi conueniat ne depoſiti agat, vt videatur re ipſa pactus ne dolo agat quaſi diceret pactus quòd res amplius dolum non reciperet, quoniam non amplius in depoſiti terminis conſiſteret, ſed in aliam ſpeciem transformaretur, extincta enim depoſiti actione extinguitur & dolus ſiquidem in donationem pactio illa transformatur, nec aduerſabitur ſi quis dixerit per exceptionis modum videri Iurec. locutum, & paſſim notum eſſe exceptionem à regulæ natura non aberrare, tametſi diuerſam afferat deciſionem vt per Doctores in l. i. ff. de reg. iur. namque inficiandum eſt in eum Iurec. modum loqui, ſed potius ad eum finem, quò dubitationem aliorum in medium proponeret, ex quo capite moueri poſſent, & ideo non à dictione [illegible] quæ exceptionem continet exorditur, ſed inquit. *Quamuis ſi quis paciſcatur ne depoſiti agat, re ipſa id pactus videatur ne dolo agat, quod pactum proderit.* Ex quo dignoſcitur aliam eſſe ſpeciem & re ipſa pactionem valere, quoniam contractus eo naturæ peruenerit, vt dolum re ipſa recipere non poſſit aliam verò ſi de dolo remittendo agatur, nec eſt interpretatio recentiorum vera ad §. illud, quod loquatur de dolo remiſſo in præteritum, namque de præterito dolo nulla dubitatio extitiſſet quin id expreſſim condonari poſſet vel etiam taci-

120 tè, ſi tamen eadem potuiſſet taciti & expreſſi vis in verbis deprehendi. Cum verò quam Accurs. ibi & hoc loci Dec. opinionem conſectatur, quòd verba illius reſponſi dum inquiunt, *Nulla pactione effici poteſt ne dolus &c.* Intelligantur id eſt expreſſa pactione, adeo à veritate aberrat, vt nulla ratione id quidem dici poſſit, alioqui dictionis vniuerſalis negatiuæ poteſtas, quæ ampla eſt nihil præſtaret, nec decidendum eſt vt Dec. aiebat tacitam pactionem non eſſe propriam pactionem. quoniam nulla probat authoritate, & contrarium apud Labeo. & Paul. reperio, nam & tacito conſenſu pactiones vel conuentio-

nes fieri dixerunt in l. 2. ff. de pact. nec diſtinxiſſe video aliam propriam, aliam eſſe impropriam, ſed nec alias diuerſi generis conuentiones demonſtraſſe in l. conuentionum ff. de pact. Sed demus ita dari, vt tacita pactio impropria dici queat. Attamen quis negabit deuioque genere Paul. loqui, cum generalis ſit ille de pactis tractatus & de tacitis & de expreſſis pactionibus indiſcretè agat. Nec obeſt quòd
Dec. cum Accurs. concludat tacitè dolum remitti poſſe, quoniam & 121
iuſiurandum de calumnia remitti tacitè poſſit vt Accurs. in l. 2. §. ſed quia C. de iureiur. pop. calum. Iona. & Mar. opinionem referens. nam opinor Alon. rectius ſenſiſſe, quem Caſtren. ſequendum dicit, quod & illius §. verbis video facilè improbari poſſe, cum Vlp. omnem diſſimulationem in huiuſmodi præſtatione prohibeat ne ſua Conſtitutio deludatur, quod ſanè ex tacita remiſſione accideret arg. l. non dubium C. de legib. Nec obſtat quod de iure Canon. contrarium diſponatur, nam Bonifac. viii. in c. i. iuram. cal. tamquam benignius ab illa iuris ciuilis ſeueritate receſſit, ne proceſſus alias legitime facti irriti efficerentur. Sed & demus gratia differendi id quod Dec. ait, de iure quo- 122
que ciuili ſuſtineri poſſe quod iuſiurandum calumniæ remitti poſſit tacitè non autem expreſſè, fortiſſima aduerſæ opinionis reiectio eſt, quod argumentatio remiſſione ſacramenti de calumnia ad doli condemnationem non valeat, nam in altero ſolummodo doli timor remitteretur, in altero verò dolus etiam committendus, nec enim vis canon. certum dolum tametſi tacitum vnquam remitteret, cum penes Deum nihil occultum, quod non reueletur, & tacitum pro expreſſo habendum erit. Quamobrem noſtram puto meliorem eſſe opinionem, tacitè dolum remitti non poſſe tametſi re ipſa ne præſtetur conueniri poſſit idest vt contractus ſit ſuapte natura talis vt in eo dolus locum non habeat, quod ita demum eueniet, ſiquod depoſitum erit donationis titulo actione depoſiti extincta remaneat, quemadmodum ex §. illud fuimus interpretati. Sed inclamabit aliquis quod nos nimium d. 123
§. illud coanguſtemus & quaſi ad angulum compellamus ſi tantum ad donationis interpretationem aſtringamus, non ne, inquiet, rei vendicationis actio, remiſſa illa depoſiti actione, remaneret, verum eſt poſſe, ſed magnopere eam interpretationem aberrare à Iureconſſ. mente, quæ non eſt in hunc modum expreſſa & ad diuinationem quæ in iure interpretando damnari ſolet accedemus, & ſi hoc admittamus ipſe met Dec. ſua traditione aſſurget, quod cum rei vendicatio ſit ſtricti iuris actio remanebit & in ea doli actio ſiquis dolus committatur, vt hunc ergo ſcrupulum vitemus, noſtræ erit interpretationi planè hærendum. Hanc noſtram ad §. illud interpretationem Cagnol. ſenſiſse videtur & ſcopum eundem pœnè attigiſse, ſeque nouam afferre int[illegible]pr[illegible]t[illegible]onem iactat quod ideo dolus in d. vers. & quamuis, remiſſ[illegible]s [illegible]etur, quoniã principali actione depoſiti contientione labe[illegible] ruere neceſse eſt, vt dolus & culpæ ſunt arg. c. cũ Paul. c. cũ p[illegible]in[illegible]ip[illegible]tus

i.q.hoc ſanè notum non eſt,ſed notum lippis atque tonſoribus, quinimo non perinde,ac aliquid ſplendidum inuentum amplexandum iudico , verum potius tamquam oſtentum extrudendum , nam tacite eius ſentētiæ eſſe Cagnol.viſus eſt,vt ceſſante actione depoſiti,ceſſaret quoque dolus,quaſi in poſterum in eadem ſpecie,vbi illa actio rei vendicationis reliqua eſſet dolus commiſſus non præſtaretur,quod quidem cōtra bonos mores eſſe neminem præterit, in quibuſcunque enim actionibus boni mores requiruntur, vt mortalium conuentiones à doli macula illæſæ ſeruentur,vt idem Cagnol.parum eius rei memor paulò ſupra nu.89.expreſſim dixerat.Nec obeſt ſi quis Cagn.partes ſecutus diceret,illum de dolo præterito intelligere eiuſdem enim armis quibus is cōtra alios ſcriptores dimicauit,defenſionem refello,aſſeroque neutiquā Iurec.eo loci de præterito dolo aut loqui,aut intelligere, cum in §.ſeq.de dolo admiſſo agat,quod arg.eſſe fortiſſimo aſſerit idem interpres, Iurec. Paul. in §.illud de dolo futuro fuiſſe locutum , cui & illud conuenit,quod ego paulò ſupra, quæ mea eſſet ſententia, præter alios retuli.In eo verò Cagnol.non commendo,quod in ſua noua quam extollit interpretatione in d.§.illud non ſe declarauit quid vellet, nam ſi ipſe intellexerit quod extincta actione depoſiti, extingueretur & dolus & culpæ præſtatio neceſſum erit,vt res donationes titulo cedat, quod Caſtren. male vt opinor negauit & ipſe Cagnol.aſſectatus eſt,vnde ſibi ipſi omnino,ac planè non conſtiterit,ſi vero in animo habuit vt ex aliqua actione repeti poſſet , erit ne in iis tutiſſimum à dolo refugiu quos non eſſe Imp.putauit in l.i.C.depoſ.aliud ne abſurdum admittemus vt ex verborum generalium inuolucro doli futuri liberatio naſcatur,quæ nec tacitè relinqui poteſt,vt ex Aurel.& ex l. non ſolum ff. de lib. leg. dixi?Committemus ne id quod expreſſim fieri Iureconſſ. vetuerunt,ne dolus remitti pactione poſſit,vt hic Vlp.& §.illud l.i.ff. depoſ. aliqua igitur pactione malè interpretata dolum futurum quis præſtare nō tenebitur?C.quidem ſi Caſtren. Dec.Cagn.& cæteri ſi quod hæc vlp.locutio ſibi vellet (ſcilicet nulla pactione) acutè odoraſſent non tantopere laboraſſent, neque poſterorum ingenia tanta perplexitatum varietate fatigaſſent.

124 In verbo *ita vtimur*. poterit addubitari cur hæc verba adiecerit Vlp. quaſi hoc ſolo Antiqui vterentur, cætera autem quæ idem Auctor in eadem l.fuerat complexus non ita vterentur , Sed hoc obiectionis genus numquam vim habebit, vt vnius rei admiſſio ſit alterius rei excluſio quoties alia lege vel ratione diuerſa ita eſſe comprobatur,communes enim alij loci ſunt perplures, qui apud commentarios conculcantur,cætera quæ in hac ſunt lege comprobantes.Deinde alio pacto ſi interpretemur illa verba,*ita vtimur*,omnia ceſſabunt,opinor etenim vlp. non tam ad conſuetudinem reſpexiſſe,quam ad bonos mores, quaſi diceret hi ſunt boni Romanorum mores quaſi conformè proferret ſententiam quam ille in l.i.§.illud ff.depoſ.protulit cum dixit.*Nam hæc con-*

uentio

uentio contra bonam fidem, contraque bonos mores eſt. Et incontinenti adiecit *& ideo nec ſequenda eſt*. quaſi diceret vtenda non eſt cum boni mores repugnent, ex quibus colligendum puro, verbum, vtor, non ſolũ ad conſuetudinẽ, verum etiam ad mores accõmodari poſſe, tametſi moris vox ad conſuetudinem plerũq; ſpectet l. more ff. de iuriſd. or. iud. cum ſimilib.

Animalium vero caſus &c. Nunc de fortuitis caſibus agendum eſt, ex 125
quibus Dec. eam non ineleganter conſtituit regulam. *Debitores ſpeciei quocunque ex contractu ob fortuitos caſus liberari*. Quod & Caij & Alex. Impp. in l. in rebus ff. commod. & in l. i. ff. depoſ. & aliorum teſtimonio comprobauit. Sed aduerſus hanc regula conſtitutionem non modicum vrget, quod idem Alex. Imp. eadem in conſtitutione reſcripſit in l. Quæ fortuitis. C. de pig. act. videlicet. *Quæ fortuitis caſibus accidunt nullo bonæfidei iudicio præſtanda ſunt*. Fuit ergo ex his à Dec. regula in bonæfidei iudicio tantum conſtituenda non autem in cæteris infinitè. Nec obſtabit reſponſio quod aliis in iuribus à Dec. allegatis legum latores indiſcretè loquantur, nam ſi diligenter aduertatur ea omnia in titulis ad bonæfidei naturam pertinentibus ſita ſunt, quo fit vt interpretationem iuxta ſubiectam materiam recipiant l. Imperator ff. de in diem adiect. profectò ſi ſimpliciter verba Alex. intueamur intra bonæfidei cancellos deciſionem hanc circumſcriptam videbimus, quoniam princeps ille de bonæfidei contractibus agebat ſed ſi non rem contrahendi, aut adducendi omnino ea verba protuliſſe contemplamur non erit cur in Dec. inuehamur, neque cur optimè de iure noſtro meritum Imp. quaſi à libero curſu nauem in Sirtes compuliſſe accuſemus extare enim Princeps ille iura alia non ignorabat, quibus & in cæteris quoque contractibus quæ in bonæfidei numero non haberentur fortuitos caſus obligatos ſoluendi onere leuare conſtaret l. in actionibus in fi. ff. de in lit. iur. l. ſi pecuniam ff. de cond. cau. da. ſecundo cõtra rurſus inſto falſum
eſſe quod Dec. dixit quod debitor ſpeciei ex natura contractus ad caſũ 126
fortuitum non tenetur, nam mora debitorem vtentem ad eam obligari conſtat. l. Quod te ff. ſi cer. pet. l. ſi ex legati cauſa ff. de verb. obl. & l. marito lap. §. rectiſſimè ff. de vi & vi arm. ex quo intelligimus non ex natura contractus id eſſe, vt non præſtentur caſus fortuiti, ſed ex ingentis ęquitatis ratione: Cõſtat autẽ perſpicuè id Dec. commentum inane eſſe ſi rationem fortuiti caſus, cur debitorem non afficiant veſtigemus, video enim variè à Iurecõſſ. redditam rationem quod ea infortunia vel prouideri non poſſint vt Imp. Alex. reſtatus eſt in l. Quæ fortuitis C. de pig. act & vlp. lib. 3. opin. in l. 2. ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin. vel etiã ſi præuideantur, prouideri tamen nequeat quo enim pacto animalium mortes humano vitabuntur conſilio cum fati neceſſitas ineſt. & morti nemo reſiſtat? l. i. ff. de cond. & dem. Quis cauebit ſeruorũ fugas, qui cuſtodiri non ſolent vt noſter hic aiebat vlp. & Caius in l. in omnibus ff. commod. Quis latronum, hoſtiumuẽ incurſum obſiſtet piratarum inſidias ſi iter facere, vel nauigare neceſſe ſit refugiet? Quis poterit ab ino-

pinato naufragio vel incendio ſine Diuino auxilio vt Iona, vt Loth ſe ſe eximet? vt idem Caius pleraque ad id facientia eodem lib. ix. ad edict. commemorat. Dicerem itaque quod hæc quæ ad euentus fortuitos pertinent præſtare quis ex contractu non teneatur quoniam æquitas id faciat, quando humanum conſilium hiſce occurrere non poſſit vt d. l. 2. ff. de adm. rer. ad Ciuit. pertin. non autem natura contractus, hæc enim potius contractum exitum, qui erat ex natura ſecuturus, vt res præſtaretur vel reſtitueretur deturbant & naturam contractus, ferè deiiciunt, quàm quidque naturæ illarum accommodatum afferant, cum dictorum caſuum ratione actiones, quæ ex natura obligationis manabant planè intercidant. Quare Dec. hiſce verbis regulam

127 conſtituenti non aſſentior tam & ſi quædam detraxeris regulam fore amplectendam non luctabor, veluti ſi ita dixeris Debitores ſpeciorum fortuitis caſibus intercidentium liberantur. Hanc autem regulam ſuis incommodis laborare certum eſt Quæ Greg. ix. paucis admodum verbis eleganter concludit in c. bonafides extra depoſ. in his verbis. *Pacto verò, vel culpa, vel mora præcedentibus caſus etiã fortuiti imputantur.* Quas tres ſpecies Dec. & Cagnol. hic cõſectatur, & iuris ciuilis auctoritatibus cõprobant, ac referciunt. illud autem prætereundum non cenſeo, in quo à Cagnol. Caſtrenſis commodatur in l. in rebus ff. commod. quod quãdo culpa præceſſit caſum non dicatur propriè caſus fortuitus. & idcirco ea ratione teneri. ſed hæc animaduerſio ſua parum mihi ſubtilis videtur, eſt enim aliud, caſum fortuitum eſſe, aliud de fortuito caſu teneri, vel non teneri, namque eo loci non inficiatur Iurec. quod culpa præcedente ſit caſus fortuitus, ſed inquit quod culpa præcedẽte puta ſi cui ideò argentum commodauerim quod is amicos ad cœnam inuitaturũ ſe dixerit, & id peregrè ſecum portauerit, ſine vlla dubitatione etiã Piratarum naufragio, vel latronum caſum præſtare debet, quoad debitorem enim ſine dubio caſus fortuitus dicendus eſt, minimè ab eo præuiſus, nam ſi præuidiſſet non ſponte huiuſmodi ſe infortunio commiſiſſet. Sed hæc miſſa faciamus, quæ quidem non ſpontè profero, vnum

128 autem eſt quod Cic. eleganter fatalem & voluntarium caſum deſcripſit. l. A. cum ait *Fuit aliquis fatalis caſus, vt ita dicam, quem tulimus &c.* Et nunc ſi quis erit voluntarius, ſed quòd videam quædam inaniter ſubtilitatis oſtendæ cauſa excogitari, quæ puriſſimum iuris ciuilis fontem ſæpè perturbant, ſed verba Iuriſc. comminus examinandæ & expendenda repeto, *Animalium vero caſus, morteſque quæ ſine culpa accidunt, fugæ ſeruorum &c. à nullo præſtantur.* Rationem huius diffinitionis ſupra tradidimus, vel quia præuideri non poſſint, cui quoque ſententia conuenit illud Cic. de Diuinit. *Quomodo ergo id quod fit cato caſu & volubilitate fortunæ præſentiri poteſt.* vel quia humana virtus & conſilium occurrere

129 nequeat, vt ſupra diximus Animalium, videtur obiici Iurec. poſſe, cur cum de animalibus loquitur excepit ſeruum tanquã minime χαζαπτὸν cum nihilo ſecius animalis appellatione & homines quoque veniant,

& mors ſit omnibus animãtibus cõmunis, niſi quod homines poſt mor
tẽ aliã meliorẽ viuere vitam in cælo intelliguntur, & bonæ antè actæ vi
tæ memoriã apud mortales plerũq; immortalẽ pænè relinquere, quod
per gloriã vel armorũ cauſa vel bonarũ artiũ, vel aliorũ egregiorum fa
cinorum viuere credantur. Cic. I. A. Iuſtin. in tit. de excus. tut. in Inſtit.
eam autem puto rationẽ eſſe cur de ſeruo poſt animalia fuerit locutus,
nõ quod ab animali vel morte ſeruũ abiũgeret quãdo & inter caſus ſer-
uorũ mortes Caius incluſit in d. l. in rebus, ſed vt de fuga ſeruorũ Iurec.
loqueretur: ſed erit tunc qui rurſus alio modo oppugnet, quod nõ mo-
do ſerui, ſed & cætera quoq; animalia inueniãtur, quæ à dominis aufu-
giãt, & equi, & Cerui, & Pauones, vt idẽ Iuſtin. in tit. de rer. diuis. memi
nit, ſed erit ita reſpondendum nõ proprie eorũ fugã dici, ſed potius cõ- 130
ſuetudinẽ redeundi amittere fuga enim proprie hominũ eſt, qui fugam
etiã animo arripiunt, quod bruti qui impetu feruntur nõ faciunt, inde
de ſeruis non de animalibus fugitiuis titulus in Cod. fuit deſcriptus.

Qui cuſtodiri non ſolent. Hoc eodẽ loquẽdi genere iiſdẽ verbis explicitis 131
Caius vſus eſt in l. in rebus ff. commod. cur autẽ hoc dixerit ea eſt ratio
quoniã cum ſerui haberi ſoleant à ſeruando dicti, quaſi eorum actiones
perinde ac filiorũ obſeruari ac cuſtodiri debeãt, ſed vel à ſeruãdo ideſt
nõ occidẽdo vt Iuſtin. meminit, vel à ſeruiendo, vt re ipſa ſeruiãt, vt eſt
illud Terentianũ in Andr. ſcena i. actus i. Simonis ad Soſiam ſeruum. *ſcis
feci è ſeruo. vt eſſes libertus mihi propterea quod ſeruiebas liberaliter, quod habui ſum
mũ pretium perſolui tibi.* Quod pleriq; fortaſſe improbãt, ſicut plerique vt
ſtriſſim nõ ſolũ Præſidatus munere, ſed virtutũ & ſcientarũ radiis Vigli᷑
Zuichem. in tit. de teſtam. refert Iuſtin. quod teſtamentũ quaſi teſtatio
mentis dixerit deriſerunt iſque diuini ingenij vir. eleganter defẽdit, At
ſerui plerũque errones ſunt, ſed ab vlp. errones vocantur mãcipia quæ 132
quidem non ſeſe fugæ dedunt, ſed vagabundi, atque errabũdi ſunt ad
domini tamen ſeruitiũ redeunt, qui & Πλανῆται, vel ὠλανόμενοι à græ-
cis dicuntur, ſed cuiuſcumque generis ſint dici non poteſt quam valdè
illeberali eorum opera dominorum animos fatigent, teſtantur id om-
nium penè antiquorũ comœdiæ preſentis noſtræ tẽpeſtatis calamitatis
hac in re mirificè reſpõdẽtes, ſed hæ cæteris cũ Mũdi incõmod. trãſeãt.

Rapina. Non raptus dixit, quoniam non de criminibus contrahentium 133
hic in votis iurec. agere habebat, vt eſt illud inſigne ſcelus, quod ad
virgines, vel alterius generis mulieres raptus pertinet, quã de re titu-
lus ſuus extat in Cod. de Rap. & Poema illud ſplendidum de raptu
Proſerpinæ circumfertur, etenim ſi eiuſmodi raptus pateretur, non
de culpa aut dolo præſtando quærendum eſt, Sed de grauiſſimo ſe-
uera pœna facinore inſequendo. At dicet aliquis non ne etiam ſi ra-
pinam commiſerint contrahentes graui animaduerſione plectentur?
furum & Latronum exemplo quando probatiſſimorum Auctorum aſ-
ſertione nihil aliud rapina eſt, quam furtum per vim factum inde Ci-
cero I. C. *Nihil agitant niſi incendia & rapinas*, aſſentior, verum de hiſce

non loquitur Iurec. at de prædis, rapiniſue ab aliis quàm à contrahen-
tibus perpetratis, veluti cum hoſtes agros populantur, vaſtantq; aut vr-
bes diripiunt, quẽadmodum anno præterito inferiori Germaniæ infe-
liciter contigit, in qua quot res cõmodatæ aut depoſitæ aur alio cõtra-
ctu ad aliorum manus trãſmiſſæ fuerint abreptæ auulſæ, ac à dominorũ
manibus extortæ (miſerabile dictu eſt) quod non contigiſſet ſi illius
134 opulentiſſimæ Prouinciæ populi c. 2. de Maior. & obed. montes exti-
tiſſent.

Tumultus. Intellige in populo excitatos non ſolum belli tempore cũ
à proximis Prouinciis bellum paratur, quemadmodum nimium doctus
alioqui Budæus in ſuis annotationibus aſtrinxiſſe videtur l. i. §. i. ff. de-
poſ. cuius annotata infra attingemus, ſed & ſi ſeditione vel conuentio-
ne aliqua ciuium tumultus fuerit aliquis excitatus. Quod ſanè Poëta
lib. p. Ænid. videtur deſcribere cum ait.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.

Nonne tumultus ille dicendus fuit, cum Lutetiæ Admiralius ſuæque
religionis ſectatores tota vrbe trepidante internitione dati ſunt, ſi Bu-
dæus ſuo tempore vidiſſet, quod anno præterito à Natiuitate Domi-
ni M.D. LXXII. die XXIIII. Auguſti viſum eſt, nonne tumultum ap-
pellaſſet? non ne res tunc tempore depoſitæ, ruptæ, fractæ, vel deperdi-
tæ, eandem hanc deciſionem l. Contractus accepiſſent? non ne ſi qui
depoſito habuiſſent, reſtituere detractaſsent proptereà quòd tempore
tumultus alienæ fidei commiſsæ eſsent in duplum cogenre iudice reſti-
tuiſsent, ſi quando Vlp. præter dupli æſtimationem hæc poſtrema ver-
ba addit. *Cum verò exigente neceſsitate deponat creſcit perfidiæ crimen & publi-
ca vtilitate cohærendum eſt vindicandæ Reip. cauſa, eſt enim inciuile in cauſis hu-
iuſmodi fidem frangere.* Eſt præterea aduertendum me non inficiari, quin-
etiam de tumultu bellico hæc dictio intelligatur, excipio duntaxat
modicum minimumue tumultum, aut etiam qui hilaritatis cauſa ſit, vt
eſt illud Terent. in And. *Nihil ornati nihil tumulti* non autem illum cu-
ius Modeſt. meminit in l. pen. ff. ad. l. Cornel. de ſiccar. cum ait. *Niſi
fortè tumultus aliter ſedari non poſsit*, illumque præterea de quo Iurec. in l.
i. ff, ad l. Iul. Maieſt. in hæc verba comminiſcitur. *Quinimo vti ſeditioſus
damnabitur præſertim ſi aduerſus Remp. tumultum concitauit, tunc enim Maieſtatis
reus erit*, tumultum ergo à rumore, vel à rixa diſtinguemus eumque ſolũ
animo conſpexiſse Iurec. dicemus, quem Cic. in Philip. deſcripſit. *Quid
enim aliud eſt tumultus, niſi perturbatio tanta. vt maior timor oriatur.* Inde decer-
ni etiam tumultum dictum eſt, cum repentinus belli fit apparatus, non
vt id ſolum ſignificet. ſed quoniam is quoque tumultus eſt. Quare mirũ
non erit ſi Cic. v. Philipp. ita dixerit *Rem adminiſtrandam arbitror ſine vlla
mora & confeſtim gerendam cenſeo tumultum decerni ſaga ſumi oportere, delectu
haberi ſublatis vacationibus. Nec hiſce officit quod idem Orator. I. A. ait.*

Poteſt eſſe bellum ſine tumultu, tumultus autem ſine bello eſſe non poteſt: nam vel is de ea tumultus ſpecie loquitur non in genere, vel in quouis tumultu bellum ineſt largo vocab. ſumptum, vt ſunt etiam ciuiles populareſq; conflictus, quos qui reprimere ac ſedare ſciant hi, quemadmodũ apud antiquos obſeruatũ eſt, magno ſemper in honore erũt haud enim id ſine magna authoritate, ac eloquẽtia præſtari poteſt, qui enim plebs, ac Rom. pop. multos annos diſſidẽtes, vt eſt apud Pomp. lib. ſing. Enchirid. in. l. 2. ff. de orig. iur. conciliari potuiſſent, niſi qui egregios oratorum locos, quibus animorum impetus aut impelluntur, aut reflectuntur ſuas partes interpoſuiſſet. Ad hæc inſignis Poëta poſtquã vt ſupra ſeditionem, ac popularem tumultum deſcripſiſſet, tempeſtoſóque mari comparaſſet, tandem ait

Tum pietate grauem ac meritis ſi fortè virum quem
Conſpexere. Silent, arrectiſque auribus adſtant,
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Hoc autem præſtare non ſemper virum magnanimũ docuit, ſed etiam lex quò id facilius pro votis ſuccederet, interdum de Principis iure remiſit vt in. l. pen. ff. ad. l. Iul. de ſicc. ibi. *Hoc in Decuriones fieri poteſt ſic tamen vt & conſulto primo principe id fiat niſi fortè tumultus aliter ſedari non poſſit.* Erit tamen nonnunquam animaduertendum tumultũ non ſemper honeſtè vitari, ſed eatenus quatenus ſalutis cõmunis cauſa fiat, nõ quò aliquod maius malũ conſequatur, vt cum Iudęi ſemel à Chriſto Opt. Max. capiendo abſtinuerũt ne fieret tumultus in populo vt habetur xiiij. apud Diuum Marcũ. Hęc ex me de tumultu accipite, ſed ſi quis plura deſideret, tumultuaria tamen, & ſecundũ eius morẽ congeſta, neq; omnibus numeris abſoluta, adeat Guill. Bud. in. d. l. 1. §. 1. ff. de poſ. vbi ſecutus Seruij gram. apud Virg. lib. viii. Æneid. diſtinct. eidẽ ſubſcribit. Dix. Poët.

Extemplò turbati animi ſimul omne tumultu
Coniurat trepido Latium.

Seruius autem declarando ſubdit tria fuiſſe olim militiæ genera ſacramentum quæ legitima erat militia cum ſinguli milites iurabãt tumultus id eſt bellum Italic. vel Gallic. in quib. ex periculi vicinitate erat timor tumultus, & quoniam ſingulos interrogare non vacabat, dicebatur hoc militiæ genus coniuratio, qui enim ducturus erat exercitũ ibat ad Capitolium, & exinde proferens duo vexilla vnum rurſum quod pedites euocabat, & vnum ceruleum quod erat equitum, ac alta voce dicebat. *Qui Remp. vult ſaluam eſſe me ſequatur*, quæ dum verba legerem in mentem reuocarunt ſtrenuum olim Capitaneum Fredericum Ioſiam ex Tirmo bellicoſiſſima agri Piceni vrbe oriundo eiuſdem nobiliſſimę Tirmanæ Vrbis arrepto vexillo ſede Pauli tertij ſummi Pontificis vacante in Petritulanos tumultuarium exercitum duxiſſe. Erat & euocatio cum ad diuerſa loca cogerentur exercitus, hæc Seruius quæ multis antiquorum authoritatibus præſertim Liuij Patauini Hiſtoricorum facilè Principis exornat, ac tandem vetuſti temporis ad ſuũ re-

ferens ait. Nobis autem iuſtum tumultum eſſe dixerim cum Britanno-
rum id eſt Anglorũ claſſem ad noſtra littora appellere, vel Germano-
rum ad Burgundiam aut Campaniam incurſionem inſtare tumultuarij
ac trepidi nuntij afferuntur. Ego quid de his rebus ſentiam ne tot nul-
la videar ratione contexuiſſe dicam libere, digna quidem ſcitu ſunt,
ſed quoad. l. 1. ff. depoſ. interpretationem attinet, nimis leuia ſunt, ſicu-
ti ſiquis me eodem crimine, quòd hic ea congeſſerim nihil morarer:
Etenim Seruius non imprudẽter Poëmatis occaſione ea ſuffarcinauit,
ſed alter poterat Iurec. more breuiter annotare, vt annotationum in-
ſcriptioni cõmentaria reſponderent, vel poſtquam pro more latè ſpa-
tiari dicendo delectatur, & longius auctoritates accerſire dictionem
tumultũ ad vnam tantummodo ſpeciẽ cohęrerę non laudo, tametſi au-
rea tanti viri monumenta admiratione potius quàm laudatione digna
dici poſſint. I*ncendi.s*, intelligenda ſunt illa quę nulla contrahentiũ cul-
135 pa oriuntur nam ſi contra ſit verẽdum non eſt qui minimè excuſentur
quia damna quæcunque conſecuta fuerint. ab eiſdem reſarciantur, nõ
ſolum ſi eorum culpa acciderit, ſed et ſi ſuorum teſte Aphe. in. l. 2. ff. à
Paul. Epithom. in. l. Qui inſulam, §. vlt. ff. loc. quo in loco illud memo-
ratu dignum eſt vis appellatione etiam incendium de induſtria factum
contineri, nec huius reſponſi concluſioni aduerſatur, quod ab Impp.
reſcriptum eſt in. l. incendium. C. ſi cer. pet. hoc eſt incendium ære alie-
no non exuit, nam id quidem in obligatione perſonali eſt, non ſic in ea
quæ rem habet, in qua interitus rei debitorem, nulla culpa vel dolo
laborantem liberat. l. ſi ex legati, & l. iter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de
verb. obl. quod ſecus eſt in obligatione ex quauis re defunctionem in
genere ſuo recipiat deſcendenti ſiquidem genus interire non poteſt. l.
in ratione la 2. §. diligẽter ff. ad. l. falcid. Non enim vt Bal. ibidem ſug-
gerebat cum (vt eiuſdem verbis vtar) id quidam intellectuale ſit non
materiale quòd nequis Bal. carpere aggrediatur intelligendũ eſt quoad
obligationem attinet rei in genere ſpectandam non ſolutionem quæ
quidem ſi de materia perfici non poteſt, niſi ad liberationem plerum-
que perueniamus. l. ſolutionis verbo. ff. de verb. & rer. ſig. Secũdo huic
136 pariter deciſioni contrariari nonnihil videtur, quòd certum eſt incen-
diarios non ſolum culpa notari ſolere verum capite puniri, aut viuos
comburi, aut deportari iuxta perſonarum qualitatem. l. Qui hæredes
ff. de incend. rui. naufr. l. 1. in prin. ff. ad l. Iul. de ſiccar. l. capitalium. §. in-
cendiarii. ff. de pœn. l. Qui data opera ff. Qui accuſ. non poſſ. l. Qui æ-
des ff. de incend. rui. naufr. eam dabo reſponſionem non id ipſum hoc
loci tractari cũ incendium dolo datum eſt, ſed cum incendii occaſione
ab alio parati aliquod damnum fortuitò contigit, quando quidẽ com-
pertum eſt aduerſus incendiarios nedum ciuili iure graues pœnas im-
minere, ſed iure quoque Pontificio conſtitutum inueniri vt incendia-
rii à communio ne fidelium quouſque ſatisfecerint, ſeparentur. xxiii.
q. vlt. c. ſi quis incendiorum &. c. peſſima, quod ſi nocturni fuerint in-

cendii auctores grauius erunt puniendi. c.cum deuotiſſimam xii. q. ii. obiicietur & tertio etiam ſi non dolo incendium committatur nō ſolum præſtare rem quis tenebitur,ſed & caſtigabitur.l.ſi fortuito ff.de incend. rui. naufr. At me hercle ſeipſum eo loci Mart.declarat, quòd pleriſque deuiam interpretationem annectentes non aduertunt,ait ille.Si fortuito incendium factum ſit venia indiget.Quod explicandum eſt,ni fallor,id eſt venia danda eſt,quo ſequitur aberrātem eſſe eorum opinionem,qui leuiorem caſtigationem dandam eſſe commenti ſunt. Etenim leuis caſtigatio non eſt veniæ indulgentia quam Mart.largiēdam cenſet,ſed pœnæ potius acrioris moderatio eſt,putarem itaque ſi non tam lata culpa admiſſa ſit,quaſi luxuriæ, aut dolo proxima ſicut ibi Iurec.ait omni pœna liberandum.Cæterum quo ad culpæ præſtationem,niſi fortuitus caſus adiuuet non liberabitur,licet enim à pœna citrà latam culpam in dubio quis liberetur quod ita ſuadet regula.l.in pœnis ff.de reg. iur. l.abſentem ff. de pœn.nihilo ſecius tamen quoad intereſſe partis aliud planè eſt,vt euidenter Caius oſtendit in d. l. Qui ædes ff.de incend.rui.naufr.hiſce verbis.Qui ędes aceruúmue frumēti iuxta domum poſitū comburet, vinctus, verberatus igni necari iubetur,ſi modo ſciens,prudénſque id cōmiſerit,ſi verò caſu vel negligētia aut noxā ſarcire iubet,aut ſi minus idoneus ſit leuius caſtigabitur.Denique ex eadem Caii lege contra Vlp. arg.ſumamus, ille enim voluit 137
caſum non excuſare,hic verò caſus non eſſe præſtandos, reſpōdebitur vocem caſus vel in genere, vel æquiuoce aſſumi,nam & fortuitum, & non fortuitū caſum ſua generali vi continere aduertetur,verba vtriuſque Iurec.ſi diligenter intueamur non obſcure indicant, noſter enim Vlp,ita inquit. *Animalium verò caſus,mortéſque quæ ſine culpa accidūt*, pondero non oſcitanter caſus nonnunquam ſine culpa accidere,Caius verò ait,Si caſus,id eſt negligentia. Quid ergo amplius immorandum eſt, ſi caſus interdum cum negligentia vel culpa communionem habent. 138

Aquarū magnitudines, vt illæ quę præterito anno in inferiori Germania acciderunt,cum Oceanū ruptis aggeribus latius excurrens latéque ſe diffundens,& Vrbes & pagos vaſtauit & armenta,& homines traxit non parum eodē tempore damni fluuius hic noſter Dubius, & Biſuntinæ Ciuitati, & Dolanæ vrbi attulit dum Pontes euertit, multorum fines turbauit,ac denique id effecit,quod ait Poëta lib.2.Æneid.

Nec ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis
Exiit,oppoſitáſque euicit gurgite moles
Fertur in arua furens cumulo,campóſque per omnes
Cum ſtabulis armenta trahit.

Quod cum ita ſit quis erit, qui aquarum magnitudini reſiſtat, de his ſanè aquis intelligenda verba ſunt, quæ hominis induſtria vitari non poſſint, non de iis, quibus humanum conſilium valeat occurrere vt eſt aqua pluuia,vt ſunt fontes, de quibus ſuis in titulis agitur, de aqua pluuia arc. & de Fonte, Dictio enim magnitudines non

modicas,ſed ingentes,non ſtillicidia non aquæductus, ſed rapaciũ fluminum aquas,aut Maris impetum oſtẽdit:Sic & apud Cic. de magnis rebus loquentem I.A hæc verba leguntur:*Si Maria Montes, regionum magnitudines intercedunt*,& de finib.*Magnitudines Maris Ægei.* De Similibus itaque apud noſtrum auctorem agitur,quibus reparare humanũ conſilium non poteſt.de quibus etiam idem Auctor loquitur in. l. fluminum.§.Seruius.ff.de dam.inf.ibi.*Quod enim tam firmum ædificiũ eſt vt Fluminis, aut maris,aut tempeſtatis,aut ruinæ,aut incendij, aut terræmotus vim ſuſtinere poſſit.* Eadem etiam in.l.Aquarum vim idem Vlp. aquæ controuer-

139 ſiam appellat,& paulò ſupra diuinam vim dicit.*Impetus prædonum.* præſtari non debent, niſi quis rem quò in Ciuitate vteretur commodato acceperit,is verò peregrè profectus ſit vt ſuprà in cõmodato diximus, & eſt Caij deciſio in.l.in rebus.ff.commod.ibi. *Sicut argentum ideò commodauerim quod et amicos ad Cœnam ſe inuitaturum diceret & id peregrè ſecum portauerit,ſine vlla dubitatione etiam piratarum*, & latronum & naufragii caſum præſtare debet. Quæ ſententia non tantum in his per Caiũ relatis caſibus locum habebit.Verum enimuerò in cæteris ab vlp.hic recitatis.quinetiam & ſi qui id generis ſimiles accidant,cum exemplorũ adductio glaciei conſtringentis naturam non imitentur,fortuitos au-

140 tem omnes vitandi caſus nullam video eſſe paratiorẽ mortalibus viã, quàm habitare in protectione,Altiſſimi.Tunc enim cadẽt à latere tuo mille,& decem millia à dextris tuis ad te autem non appropinquabit. Huic me Deus adiuuet,nunquam accidet quod Luc. cap.x.recenſet in hunc ſermonem.*Homo quidam deſcendebat in Hierico ab Ieruſalem,& incidit in latrones,qui & deſpoliauerunt, & plagis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto.* Niſi fortaſſe Pater, qui in Cœlis eſt,omnis iuſtæ tolerãtiæ remunerator ampliſſimus alicuius,vti Iob,patientiã chriſtiana imitatione dignã ad illius gloriam adaugeſcendam experiri velit, is verò vnum vel alterum conſequetur,in cuius anima non ſit dolus,ſed iuſtitiæ ſplendore conſpicuus.Huic vel ſecundæ res omnes cędent, vel fortitudinis gloria exultabit in illis carminibus Horatian.Ode.3.lib.3.

Si fractus illabatur orbis
Impauidum ferient ruinæ

Sed cum pauci ſint,quibus hæc cõueniant,& quos æquus amauit Iuppiter,Atq; audens exerit ad Æthera virtus,qui ex his vnus affulſerit vt noſter es Illuſtris & excellentiſſime Olzignane, quando nemo vir talis ſine afflatu Diuino vnquam fuit.Huic omnia(Dauid in primo pſalmo ita dicente)*Quæ faciet proſperabuntur.*Scripſi.

Viſum & approbatum mandato Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi DD. Claudij à Bauma Dei & apoſtolicè ſedis gratia Archiepiſcopi Biſuntini &c.à Ludouico de Tartre I.V. Doctore & inſignis Academiæ Dolane Vicecancellario.